5
85

FRANCISCI

STORELLA ALEXANENSIS HY-
DRVNTINI ARTIVM DOCTORIS

*Clariſsima explanatio in digreſsione unde-
cimi commenti Auerrois in magna
commentatione primi Po-
ſteriorum.*

NEAPOLI, APVD CILIVM ALLI-
Fanum. Anno Domini M. D. LIII.

FRANCISCVS STORELLA Mco. VINCENTIO NAVCLERIO S.

CVM Elapſis diebus undecimi cōmenti digreſſionem publicè interpretrarer, nonnullaq; (pro ut legenda occurrerat) obiter, ſucceſſiuiſq; horis, quæ ad eius declarationem facere uidebantur, annotaſſem, eaque ſtudentium præcibus impulſus Naucleri ſtudioſiſſime, ut thypographis committerētur, quotidie ſtimulares, & ſi hoc diu recuſaſſem, tū quia ſciebam (ut meo me quod aiunt pede metiar) ea diligentiorē à me manum expectare, tum quia non nullas etiam eiuſdem ferè cauſæ adnotationes ipſis addere decreueram, ut libellus aliquantulum turgidior in cōmunem ſcolaſticorum utilitatem emanaret, uicit tandem ſumma mea erga te beniuolentia, ſcis enim te mihi chariorem eſſe neminem, cuius quidem rei argumentum eſt, quòd ea non fauſtus, gloriæq; cupidine, ſed potius tibi obſequendi gratia iam excudenda committo. Quæſtionem uerò inde prouenientem non multas abhinc dies expecta. Vale, & Storellam tuum, ut ſoles, ama.

FRANCISCVS PROMPTEDA
Melpignanenſis Hydruntinus ad Lectorem.

Candide ſi axactè uis lector Auerrois arctis
Exolui nodis, hæc monumenta legas.
Quàm Storellæ ſtilus namq; explicat intima nullus
Viſcera commenti clarius undecimi.
Quare age nunc lector citus amplectare libellum,
Atq; frequens uigili quæſo legas ſtudio.

FRANCISCI STORELLA ALEXAnenſis Hydruntini artium Doctoris Clariſſima explanatio in digreſſione undecimi commenti Auerrois in magna cõmentatione primi Poſteriorum.

VNdecimum Auerrois commentum in treis ſcindimus partes, in prima Ariſtotelea uerba præcedentibus adnectit, in ſecunda uerbum { cauſa } in contextu poſitum exponens, digreditur: in tertia uerò eo in loco { cum autem notificaſſet } cætera Ariſtotelis uerba declarat. Harum autem cum primam, contextum ſuperioribus connectens explicaſſem, ac tertiam eundem interpretans declaraſſem, quæ medium obtinet locum ſola in præſentiarum reſtat enucleanda: In cuius expoſitione noſtrum morem ſectantes, in primis intentionem, eiuſq; cauſam aſsignabimus, mox digresſionem in particulas ſub diuidemus, tertio ſubdiuiſam interpretabimur: Quarto uerò examen in peculiarem libellum, de medio demonſtrationis ſimpliciter inſcriptum, differre decreuimus, quandoquidem ob uarias opinantium ſententias longioribus indiget uerbis. Iam itaq; rem agrediamur. Ariſt. in textu inquirens demoſtrationem ſimpliciter, ut in hoc eodem paulò inferius, & ſupra in commento nono teſtatur Auerroes, inter alias conditiones, quas propoſitiones demonſtrationis ſimpliciter habere

oportet, aſſerit quòd debent eſſe cauſæ, quam conditionem enucleans Auerroes inquit, ideſt quòd ipſarum medius terminus ſit cauſa: At cùm ſui met cauſa eſſe nequeat, ſiquidem inconuenit apud Auerroem tertio de anima commento quarto, aliquid ne dũ ſeipſum cauſare, uerùm à ſe ipſo moueri, alterius igitur cauſa medius terminus erit, ſed cum in demoſtratione præter medium nil niſi maius, & minus extremum ſit (eſt ſiquidem demoſtratio omnis ſyllogiſmus primo Priorum quinto, & ſyllogiſmus quilibet ex tribus tantum terminis maiori, minori, ac medio conſtituitur, ut perpulchrè Ariſtoteles primo Priorũ uigeſimo primo demonſtrat) hinc oritur difficultas, cum medium ſit cauſa, nõ ſui, ſed alterius, & alterius non niſi alicuius, aut utriuſq; extremi, cuius nam extremitatis, maioris, minoris, an utriuſq; cauſam eſſe oportet? Huius quæſiti difficultatem uidens Auerroes (ut opinantium diuerſitas innuit) uidensq; ab alijs ad ueritatem uſq; minimè deductum, quod ex eorum opinionibus in hac digreſſione deletis colligere poſſumus, conſiderausq; eſſe utillimum (nam ſi demonſtrationis medio perempto, & demonſtratio etiam omnino perimetur, ut teſtis eſt Ariſtoteles primo huius octuageſimo primo, nonne etiam & medio ignorato, & ipſa omnino ignorabitur?) conſiderans ergo hac, decreuit Auicennam, atq; Alpharabium (hi etenim tunc temporis primi inter Arabes habebantur) hanc ob rem in arenam prouocare, prouocauit, & ueritatis armis indutus hac digreſſione cõuicit. Hanc nos clarioris doctrinæ gratia in duas partes ſubdiuidendam arbitramur, in quarum prima propria opinione præmiſſa, tria dicta impugnãda proponit, pri-

mum eſt principis Auicennæ, *dico autem principis (ne capiar in uerbis) non quòd* Bitinniæ *aut* Cordubæ Rex, *ſeu* Princeps *fuerit, ut quidam imaginantur, nam hoc aſſerere non eſt ſatis tutum, ut ex modo quo* Nuc Regem *Corraſan alloquitur in præfatione, ac epilogo compendij de anima colligi poteſt*: Sed. Principis *dico, eo quòd medicorum non tamen omnium ſed Arabum fuit* Princeps. *Secundum uerò, atq; tertium eſt dictum* Alpharabij, *qui* Abunazar, *quandoq; uerò* Abumazar, *nonnunquàm autem* Albumaſar *ſcriptitari ſolet*. Dum uerò Albumaſarem *eundem cum* Alpharabio *dicimus, non intelligimus Aſtrologum, qui alias* Iaphar *nominari ſolet, cuius opus de magnis coniunctionibus extat, ſed philoſophum* Albumaſarem *intelligimus, cuius* Auerroes *& in logica, & in philoſophia ſæpe ſæpius ſolet meminiſſe. Eſto enim quòd utriq; iddem æquiuocum nomen* Albumaſar *à* Latinis *tribui ſoleat, nihilominus apud* Arabes *iſtæc non cadit æquiuocatio, nam qui philoſophus* Albumaſar, *qui uerò Aſtrologus apud eos non*. Albumaſar. *ſed* Aboaſar *appellatur, ut* Principum *decus* Mirandulanus, *in primo contra Aſtrologos ſcriptum reliquit*. In *ſecunda autem digreſsionis particula tria dicta, quæ in prima propoſuerat ordine retrogrado reprobat: nam quod ibi tertio loco præponebatur, hic primo reicitur, quod uerò ibi ſecundo hic etiam ſecudo, & quod illic primo apponitur, hic ultimo deletur.* Nos *autem illo fauente, à quo cœlum & natura dependet primo primam, deinde ſecundam exponamus.*

Et neceſſario oportet demonſtrationum præmiſſas eſſe cauſas: ideſt quòd ipſarum medius terminus ſit cauſa maioris extremi, hoc eſt eſſendi ipſum maius ſecundum ſe non tantum cauſa ineſſendi maius minori, prout dicebat Auicenna.

Ariſtoteles in textu nono ex diffinitione ipſius ſcire inter alias conditiones, ex quibus potisſimæ demonſtrationis præmiſſas conſtitui probabat, hanc etiam connumerauit, quòd ſcilicet debent eſſe cauſæ, cumq; in textu decimo ex illis quaſdam declaraſſet, in hoc undecimo reliquas enucleandas proponens, inter cæteras eandem connumerat: quam uolens exponere Auerroes *Ariſtotelis uerba præmittens, inquit;* Ariſtoteles *aſſerit, demonſtrationum præmiſſas neceſſario oportere eſſe cauſam, ideſt, ꝙ ipſarum medius terminus ſit cauſa;* Sed *dicet quis:* Quid *ſibi uult* Auerroes *cum hac expoſitione? Inquiunt* Iuniores*, quòd uult delere dubitationem, nam cum hoc in commento uelit digredi circa medium demonſtrationis, aliquis uidēs* Ariſtotelem *de medio ex intento loquentem primo huius, capite uigeſimoquinto facile poſſet ſuſpicari, hic digresſionem extra propoſitum fieri, huic occurrens* Auerroes *inquit, hic non ab re digrediendum, nam dum* Ariſtoteles *aſſerit propoſitiones debere eſſe cauſam, nil aliud dicere uult, niſi quòd contineant medium cauſam.* Sed *qui putant* Auerroem *contextum exponere ob hoc quòd oſtendatur hic eſſe digrediendum, ſuo modo exponant.* Nos *autem putantes ideo hic digredi, quia textus hoc modo fuit expoſitus, rurſus expoſitionis cauſam inquirentes dicamus.* Cum *demonſtratio quia ab effectu ad cauſam procedat, ut perpulchrè decla-*

rat Auerroes in quæſito ſexto contra Auicennam, in Epitoma logico capite de demonſtratione prope finem: & ex intento unà cum Ariſtotele primo huius nonageſimo quinto, non eſt dubium quòd huius demonſtrationis propoſitiones ſaltim ratione maioris extremi poſſint dici cauſæ, ne quis audiens Ariſtotelem dicentem eas debere eſſe cauſas, intelligat ratione maioris extremi, quod demonſtrationi quia competit: gloſſat Auerroes, propoſitiones demonſtrationis ſimpliciter debent eſſe cauſa non quocunq; modo, quia non ratione maioris extremi: tales etenim non potiſſimæ, ſed demonſtrationis ſigni ſunt propoſitiones: at debent eſſe cauſa ratione medij, adeo quòd dum inquit propoſitiones debent eſſe cauſa, uult dicere, ut contineant medium terminum cauſam. Nec eſt mirandum ſi propoſitionum combinatio cauſa ab Ariſtotele uocatur, dum medius eſt cauſa; nam ſi medio propoſitionum connexio, uelut clauo nauis regitur: non eſt mirum ſi ab eo etiam denominationem ſuſcipiet. Præterea a quo res ponitur in actu nomen ſumi debet, demonſtrationũ ſpecies unaquæq; à differentia ſecundum ſe, & propriam naturam, quæ mediorum terminorum eſt differentia ponitur in actu, ergo demonſtrationum ſpecies unaquæq; à mediorum differentia denominari debet, maior habetur octauo Methaphiſices ſeptimo, minor eſt Auerrois primo huius in calce nonageſimi octaui. Cunq; duæ propoſitiones tota ſint demonſtratio (concluſio nanq; ad ſyllogiſmi eſſentiam minimè ſpectat, duæ ſiquidem propoſitiones totus ſunt ſyllogiſmus, ut primo Priorum quinto inquit Auerroes.) Non in merito illæ medium habentes cauſam, ab

Ariſtotele, cauſa uocantur. Medium autem hic uocat Auerroes terminum, quem in Epitoma logico capite de ſyllogiſmo, & primo Priorum quinto, unà cum Ioanne Grammatico ibidē, ambabus propoſitionibus communem dicebat, ſumens forſan ab ipſo Alexandro (ut ſui moris eſt) eodem in loco aſſerente medium terminum bis ſumi, ac cum alterutro extremorum conſtrui. Dicitur autem terminus iſte bis ſumptus medius, ut bene Philoponus loco nuper citato declarat, quia reliquos terminos ab inuicem ſeiunctos in unum coniungit. Vnde non immerito Auerroes primo Periherminias capite quarto huiuſmodi diſſoluit dubitationem: Si quilibet ſyllogiſmus primo Priorum uigeſimo primo (ut infinitos ferè locos ommittam) ad minus ex duabus conſtat propoſitionibus, quarum quælibet oratio eſt, ut ex propoſitionis diffinitione aſſignata in primo capite eiuſdem libri liquet, quo modo una & non duæ orationes enuntiatiuæ eſt ipſe ſyllogiſmus? primo Priorum, primo Topicorum capite primo, et ſecūdo Poſteriorum uigeſimo ſeptimo, atq; quatrageſimo quinto? Reſpondet quòd eſt una non ſimpliciter, ſed unitate medij: licet etenim duæ ſint ſimplices, quia tamen eodem medio coniunguntur, non duæ ſed una oratio eſt nuncupanda. Non ergo immeritò, quia coniungit, medium uocari aſſerit Ioannes. Et ſi obiicias, Alexander primo Priorum in diffinitione termini, aſſerit terminum eatenus terminum dici, quatenus eo propoſitio terminatur: ſi itaq; medius coniungit, non ergo terminus dicetur: cui Ariſtoteles ubiq; reclamat, ex in tento tamen primo Priorum capite quinto & uigeſimo primo. Reſpondeatur quòd terminus

nuncupatur

nuncupatur quatenus propoſitiones ſeparatim abſoluit, quatenus uerò reliquos terminos ab inuicem diuerſos in illis exiſtẽtes coniungit, medius dicitur. Quæres, quidnam intelligit per præmiſſas? Reſpondet ipſemet primo huius commento decimo tertio, & præmiſſam uocat partem ſuppoſitam in ſyllogiſmo, & in epitoma logico capite de cognitione agente uerificationẽ, aſſerit præmiſſam eſſe partem ſyllogiſmi ex ſubiecto, & prædicato conſtitutam. Sed quæres an propoſitio, ſeu præmiſſa (idem enim eſt) ab enuntiatione aliquo modo diſtinguatur? Reſponſio eſt communis Auerrois primo huius decimo tertio, ſecundo Poſteriorum primo, Alexandri primo Priorum explanãtis diffinitionem propoſitionis, Ioannis Grammatici exponentis Ariſtoteleã præfactionem Priorum, & primo poſteriorum commento ſeptimo, & Magentini interpretantis præfationem libri Periherminias: quòd re, ſeu ſubiecto ſunt idem, ratione tamen differunt. At ſi quæras quæ nã eſt hæc rationis diſtinctio? Reſpondet Alexander loco citato, quòd enunciatio dicitur dum ut uera, aut falſa eſt conſideratur: at ſi ut affirmatiua uel negatiua contemplatur non enunciatio, ſed propoſitio uocatur. Sumere forſan arbitrabatur ex Ariſtotele, qui primo Periherminias capite quarto enunciationem per orationem uerum, uel falſum ſignificantem explicat, & propoſitionem primo Priorum per orationem affirmatiuam, uel negatiuam declarat, non autem per ueram, uel falſam quo modo enunciationem deſcripſerat. Hac autem non contentus reſponſione ſecundam aſſignat inquiens, quòd enunciatiua oratio in eo quòd uera, uel falſa

abſolutè eſt, eſſentiam ſuam habet, uult dicere quòd oratio uerum, uel falſum ſignificans abſolutè prolata, nullum reſpectum habens ad ſyllogiſmum, enuntiatio nuncupatur. Propoſitio uero in eo quòd quodammodo hæc eadem habet, ideſt oratio uerum, uel falſum ſignificans non abſolutè conſiderata, ſed ut uerum, uel falſum explicat quodammodo, hoc eſt reſpectiuè ut ſcilicet, eſt pars conceſſa in ſyllogiſmo, non amplius enuntiatio ſed propoſitio uocatur, hanc eandem differentiam ex Alexandro ſumentes Ioan. Auerroes, atq; Magentinus locis citatis explicarunt. Hanc met grauis Ammonius olfeciſſe uidetur, dũ libelli periherminias ſpecialem cõſiderandi modum in eius præfactione declarat, aſſerens, Quam obrem ſimplices haſce orationes hoc quidem libro ipſas per ſe contemplando, ut enuntiationes duntaxat, nec ut propoſitiones inſpectabit, in reſolutorijs autem ut partes eas capiens ſyllogiſmorum ſimul quoque ut propoſitiones iure cenſebit conſiderandas, eas enim quaſi ab ijs proponantur, qui ſyllogiſmo quicquam affirmare colloquentibus uolunt, ſic proproſitiones antiqui nominant. Addunt his Auerroes Ioannes & Magentinus, quòd non ſolum propoſitio ab enuntiatione ſola ratione differt, ſed etiam quæſitum & a propoſitione & enũtiatione eodem modo ſeparatur, nam oratio uerum, uel falſum exprimens ſi ut ignota eſt & quæritur conſideretur, nec enuntiatio, nec propoſitio, ſed quæſitum, quæſtio, ſeu problema nuncupatur. ſubdit Grammaticus ac Mitilanenſis ꝙ etiam concluſio à prædictis omnibus eadem ratione diſtinguitur, nam ſi oratio ueri uel falſi ſignificatrix, quæ prius

erat ignota, aliquo ſyllogiſmo eſt notificata, non enunciatio, non propoſitio non quæſitum, ſed concluſio uocitatur. hæc illi: Quæ & ſi à ſummis peripateticis dicantur, ac à nemine (ut uidere potui) reuocata fuerint in dubium, nihilominus ſi uniuerſaliter ab eis intelligantur falſiſſima eſſe putamus: Nam ſi enuntiationem maioris ambitus eſſe q̃; eſt propoſitio, propoſitionem uerò quæſito uniuerſaliorem, quæſitum autem non omne concludi probauerimus, nulli erit dubium hac inter ſe ne dum ratione, uerum etiam & ſubiecto differre. Enuntiationem propoſitione uniuerſaliorem eſſe probarent, qui Magni Alberti opinionem primo priorum Tractatu primo, capite tertio tuentur, ꝙ ſcilicet ſingularis non ingrediatur ſyllogiſmum, nam ex principio ſecundi ſecti periherminias, quandam enuntiationem ſingularem dari eſt manifeſtum, hæc autem cum ſyllogiſmum non ingrediatur, ut Auerroes primo phiſicorum quinto innuere uidetur, non poteſt eſſe propoſitio, quæ ut dictum eſt ad eorum mentem, pars ſyllogiſmi eſt: Sed quia hoc aſſerere non uidetur ſatis tutum, partim quia Auerroes primo huius commento quarto clarè concedit ſingularia ſyllogiſmum ingredi quatenus de eis atributa concludi poſſunt, partim quia aufugerent, dicentes, eſto ꝙ uerum ſyllogiſmum ſingularis non ingrediatur, ideò q; eius pars eſſe non poſſit, ingreditur tamen ſyllogiſmum expoſitorium ut Ariſtoteles primo priorum capite ſeptimo fatetur, reſpectu cuius ſaltim improprie dicetur propoſitio: & cum ne dum ob cauſas dictas ratio hæc friuola eſſe uideatur, uerum etiã infringi poſſit, quia fundamentum ſtabile non habet, cũ

Auerrois authoritas ſuper quam fundatur facilè aufugi poſſit, ideo aliunde tutior ratio eſt inquirenda. At dices, quo modo prædicta Auerrois authoritas euitari poteſt? Alexander Achellinus præfatum locum exponens ex intento, & eius auditor Pamphilus montius (cui longæuos det Iuppiter annos) in quæſito de demoſtratione quæſtiuncula ultima, reſpondent, quòd ſingularis enuntiatio compoſita ex termino indiuidui naturaliter ſignificatiuo, non eſt in intellectu, quia ſingulare non habet propriam ſpeciem apud intellectum: Sed intentio eſt uniuerſalis, ideóq; non eſt pars ſyllogiſmi: ſed propoſitio compoſita ex termino ad placitum ſignificante ſingulare in intellectu poni poteſt, & ſic eſt in inductione apud intellectum, & in demoſtratione ſingulari Poſteriorum primo. Sed ut ommictā ꝙ hac etiam gloſſa ſtante, enunciatio propoſitione uniuerſalior erit. nam ſingularis ex termino naturaliter ſignificatiuo (ut aſſerunt) ſyllogiſmi pars eſſe non poteſt, nonne Auerrois ratio ibi nullius eſſet momenti? Dubitat ſiquidem ibi Auerroes, Ariſtoteles in tertio textu dixit mixtum apud nos notius eſſe, & in quinto uidetur illud iddem aſſerere, dum inquit: nomen in diffinitionibus & reliqua, quare ſuperfluus. Reſponderet aliquis, quòd non eſt iddem, ſiquidem in tertio textu per mixtum intelligit indiuiduum mixtum ſenſatum, in quinto uerò intelligit uniuerſale diffinitum. Contra inſtat Auerroes, quia impoſſibile eſt ex talibus indiuidius procedere ad elementa, cum non ſint partes ſyllogiſmi: ſi per uos indiuidua ſunt partes ſyllogiſmi, quatenus ſunt termini ad placitum ſignificantes? dicerem ad rationem Auerrois ibi per mixta indi-

uidua intelligere Ariſtotelem nam licet ex eis ut termini natura-
liter ſignificantes ſyllogiſmus non conficiatur: conſtituitur tamē
ex illis, ut ſunt termini ad placitum ſignificantes. Ideo dicerem
cum nomen plura ordine quodam ſignificans abſolutè prolatum
quandoq; ſoleat accipi pro digniori, ut inquit Auerroes in quæ-
ſito de diffinitione termini: & ſyllogiſmus primo demoſtra-
tionem ſignificet, ſecundo uerò cæteras ſyllogiſmi ſpecies, ut
idem in prologo huius primi capite de ordine, & proportione
teſtatur, quòd per ſyllogiſmum ibi Auerroes intelligit demo-
ſtrationem, ſingularium nempe non eſt demoſtratio, ut ſepti-
mo primæ philoſophiæ trigeſimo quinto, & quinquageſimo tertio
teſtatur Ariſt. cum itàq; demoſtrationem ſigni pro uia doctrinæ,
in textu philoſophus aſſignaſſet, quæ ex mixtis et confuſis pro-
cedit, merito arguit Auerroes ꝙ ibi per mixta indiuidua intelli-
gere non poſſumus, cum ex talibus ſyllogiſmus (demonſtratiuus
ſcilicet) fieri nequeat: Eſto tamen ꝙ hac uia enuntiationem pro
poſitione uniuerſaliorem eſſe non probetur, poteſt nihilominus
certò colligi ex dictis Auerrois primo Periherminias capite quar
to, ſecundo Poſteriorum uigeſimo ſeptimo, & trigeſimo quinto,
primo Priorum, & primo Topicorum capite primo: ubi aſſerit
ſyllogiſmum eſſe orationem enuntiatiuam & tamen ſyllogiſmū
ſyllogiſmi partem, ideſt præmiſſam diceret nemo. non ergo eſt
dubium ſi uniuerſaliter intelligant quamlibet enunciationem à
propoſitione ſolum ratione differre, non eſſe undiq; uerum: Di-
cetur pro eis, primo Periherminias capite quarto, enunciatio du-
plex, ſimplex, ex coniuncta; dum illi inquiunt enunciationem ra-

tione tantum à demonſtratione diſtare non de utraq;, ſed de ſim plici tantum loquuntur: modo eſto ꝙ ſyllogiſmus enunciatio ſit & propoſitio eſſe nequeat, non tamen eorum dictum ob hoc deſtruetur cum medij coniuntione coniuncta, & non ſimplex oratio dicatur ab Auerroe *primo periherminias capite quarto: at dum* Scilla *euitatur, in* Charibdim *caſum eſſe uidetur, nã aſſerentes eos loqui tantum de ſimplici enũciatione, propoſitionem enunciatione uniuerſaliorem facimus, & ideo nec etiã tantum ratione inter ſe differrẽt, nam ſi hic conficiatur ſyllogiſmus.* Animal *ſubſtantia eſt, homo & equus animal, minor eſt, propoſitio & tamen ſimplex enunciatio dici non poteſt.* Dico *ꝙ ſi hunc habuerint ſenſum, facilè euaderent, nam ſicut enunciatio duplex, ſimplex, & coniuncta, ſic etiam & propoſitio: ſimplicem itaq; enunciationem cum ſimplici propoſitione eandẽ ſubiecto dicerẽt, eſto itaq; ꝙ quædam coniuncta enunciatio uelut ſyllogiſmus, nec ſimplex, nec cõiuncta ſit propoſitio, et quædã cõiũcta propõ ſimplex enũciatio eẽ nõ poſſit, nihil ad rẽ, cũ ſimplicẽ enũciationẽ ſimplici propõni cõparẽt, at ſi uniuerſalem ſenſum habuerint, eis omnino non aſſentior:* Nec minus illud uidetur eſſe ambiguum, *propoſitionem ſcilicet à quæſito eodem modo differre, nam ſi uera ſunt quæ ab* Ariſtotele *in calce ſecundorum* Analytticorum *explicantur, demoſtrationis principia, (quæ propoſitiones ſunt immediatæ, ut ipſemet in primo, cõtextu decimotertio confitetur) non niſi ſenſu & lumine intellectus notificari, non uideo quomodo tales propoſitiones quæſita eſſe aliquo modo poſſint, ideo pro eis dicerem non ſimpliciter de quacunq; propoſitione, ſed tantum de*

eâ quæ concludi pōt ſermonem habere: Quæſitum uerò cōcluſio ni coæquum non eſſe, oſtendi poſſet ex dictis Ariſtotelis in prædicamento relationis aſſerentis, quæſitum de quadratura circuli nō dum eſſe ſcitum. Sed quia poſſet aufugi, uel ut Seuerinus ibidem inquit Boethus ꝙ & ſi tempore ſuo non dum ſcitum erat, poſtea tamen fuit demōſtratione cōcluſum, uel ꝙ & ſi non dum eſt ſcitum ideſt demoſtratione concluſum, nihilominus alia ſyllogiſmi ſpecie probatum eſſe non negat ipſe met Ariſtoteles primo Poſteriorum ſexageſimo ſeptimo, et primo Phiſicorum undecimo, ideòq; quæſitum illud quodam modo concluſum concedere debemus: ob hoc fortior ratio ad hoc aſtruendū eſt inueniēda, quæ forſan ſumi poteſt ex Alexandro in principio ſuorum problematū dum inquit, problematum quædā eſſe adeo ignota ꝙ omnino inſolubilia ſunt, quippe cum eorum cauſæ à ſolo Deo cognoſcantur, cuius modi ipſe ibidem quamplura enumerat. Præterea inter alia quæſita ſecundo Poſteriorum primo, numeratur quæſitū quid eſt, quod tamen ut quæſitum quid ab alijs diſtinctum, nullo modo concludi poſſe confitetur Auer. in quæſito de triplici genere diffinitionum, & in quæſito de conditionibus præmiſſarū demonſtrationis, plura itàq; ſunt quæſita q̄ concluſiones. Qua de re in talibus ne dū rōnis, ſed et ſubiecti differentiā inueniri dicere nō uerebor { cā maioris extremi } Expoſuerat propōnes eſſe cām nil aliud eſſe q̄ cōtinere mediū cām, uerū (ut ſupra declarauimus) cum nō ſui ſed alterius cauſa neceſſario ſit, alterius autem eſſe nequeat q̄ aut maioris, aut minoris, aut utriusq;, diceret quis, cuius extremi, primi, ultimi, an utriuſq; medium cauſam

eſſe oportet? huic dubitationi hac in digreſſione conatur ſatisfa-
cere Auerroes: primóq; ſuam ponit opinionem, nec in conſultò;
nam uera textus interpretatio ſtatim unà cum uera quæſiti opi-
nione pateſiet, ad cuius comparationem, uelut ad rubetæ oculum
aliorum falſæ opiniones infringentur inquit ergo, quod medium ne
ceſſariò eſt cauſa, non tamen minoris tantum, aut utriuſq;, ſed ma
ioris extremi. Quæres, quid per maius, & quid per minus ex-
tremum intelligitur? Reſpondet Nicephorus in ſua logica capi-
te de figuris, Philoponus primo Priorum in principio primæ, &
ſecundæ figuræ, et Mitilanenſis Magentinus etiam in principio
ſecundæ maiorem terminum eſſe prædicatum concluſionis, mino
rem uerò eiuſdem ſubiectum, at Alexander eodem in loco hanc
opinionem deridet inquiens, At uero neq; abſolutè maiorem eum
dicendum eſt, qui in ratiocinationis concluſione prædicatur, con-
cluſio enim in prædicatione illum habet, qui in propoſitionibus
maior fuerit ſumptus: ut concluſio maiorem terminum non de-
monſtret, ſed quia ſumptus aliquis maior eſt, id in cauſa ſit ut in
concluſione quoq; idem prædicetur quaſi dicat oportet prius con
ficere duas propoſitiones ex maiori, medio, & minori, deinde ue
rò ex illis elicere concluſionem, hac lege, ut maior terminus fiat
prædicatum concluſionis, et minor eiuſdem ſubiectum, cui Ari-
ſtoteles fauet primo priorum quinto dum inquit, cum tres termi-
ni ſic ſe habent inuicem, ut ultimus in toto ſit medio, et medius in
toto primo aut ſit, aut non ſit, neceſſe eſt extremitatũ eſſe ſyllogiſ
mũ perfectum, ex his ſiquidem liquet, prius oportere cognoſcere
extrema, & mediũ, dein uerò ex extremis elicere concluſionem,

non

non itaq; extrema per concluſionis partes oſtenduntur, ut illi pu- tabant, ſed concluſionis partes per extrema inueniuntur. Sũmula rũ aũt authores, ut Ioannes Buridanus tractatu quinto, Hære- mitanus Paulus tractatu primo, & Petrus Hiſpanus qui poſtea in ſummum Pontificem electus, Ioannes uigeſimus ſecundus di- ctus fuit, quos ſuorum expoſitorum turba conſequuntur, hoc mo do extrema deſcripſere, maior eſt, terminus poſitus in maiori propoſitione cum medio, minor uerò, qui in minori præmiſſa quum eodem ſituatur. Quæ profecto uerba duplicem ſenſum ha bere poſſunt, unus, ꝙ terminus cum medio, in maiori poſitus eſt maior extremitas, & terminus cum medio, in minori poſitus eſt minor, & hic quidem falſus eſt, cum maior abſq; medio ſit, & minor ſimiliter, ab inuicem nempe diſtinguntur, primo priorum quinto, & uigeſimo primo: alter uerò ſenſus eſt, ꝙ maior eſt ter minus qui ponitur cum maiori propoſitione cum medio, i. eſt qui cum medio, conficit maiorem propoſitionem, et ſimiliter dicatur de minori, hic ſenſus uerißimus eſt & hunc uiros illos habuiſſe puto, nec carpi debent ꝙ maiorem & minorem terminum per maiorem & minorem propoſitionem explicarunt, eas ſiquidem paulò ſuperius & Buridanus & Petrus declarauerant, nam ſicut Ariſtoteles primo priorum in principio prius diffinit propo ſitionem in cõmuni q̃; terminum, quia hæc in illius diffinitione po nitur, ſic etiam & hi primo diffinierunt maiorem & minorem propoſitionem cum per has maius & minus extremum innote- ſcat: nec etiã Paulus hunc ordinem peruertens undiq; eſt dam- nandus, nam ſi non fuit inconueniens apud Ariſtotelem motum

partem diffinitionis naturæ ſecundo phiſicorum tertio, non prius explicari ſed eius declarationem in tertium librum differri (motus etenim ibi ideo declaratur ut in primo textu aſſerit Ariſtoteles, *quia ponitur in diffinitione naturæ) nec etiam inconueniẽs eſt* Paulum *extrema per propoſitiones iam iam declarãdas explicaſſe*. His *tamen non obſtantibus, melius cum* Alexandro *loco nuper citato dicamus, maiorem terminum eſſe quem in quæſito predicatum facimus, minorem uerò ſubiectum. ex quo ſurripiens* Auerroes *in* Epitoma *logices capite de ſyllogiſmo, & primo priorum quinto extrema diffiniens inquit, ſubiectum quæſiti extremitatem eſſe minorem, eiuſdem uerò prædicatum maiorẽ, dum itaq; ait, mediũ oportere eſſe cauſam maioris, exponamus, id eſt prædicati quæſtionis | hoc eſt eſſendi ipſum maius | ut hæc intelligantur notanda eſt aurea diſtinctio* Auerrois *primo.* Topicorum *in calce capitis ſecundi, in principio* Epitomæ *metaphiſices, eiuſdem &* Ariſtotelis *quinto metaphiſices decimo quarto, & ſexto eorundem quarto, ens duplex, aliud quod ſignificat rerum eſſentiam, ideſt rem extra animam eſſentiam habentem, alterum autem quod uerum exprimit, ideſt rem cognitam in anima cui correſpondet res extra, tũc dicimus ut ipſemet inquit* Auerr: *primo huius commento octauo, in* Epitoma *logices capite de demoſtratione paulò ante finem, &* Themiſtius *primo poſteriorum capite quarto, quòd cauſa eſt duplex, altera entis ſignificantis eſſentiam, & eſt cauſa rei in eſſe ſecundum quam eſt facta apud naturam, altera eſt cauſa entis ueri, ideſt cogniti, in anima exiſtentis, exemplum primæ aſſignat* Auer-

roes primo huius octauo, ignis eſt cauſa luminis, & Themiſtius primo huius capite quarto, ignis cauſa cinerum, exemplum ſecundæ Auerroes ibidem, fumus eſt cauſa ignis non in ſe, ſed ut ſciamus ignem eſſe, & Themiſtius ubi ſupra, cineres non ſunt cauſa ignis, ſed ut cognoſcamus ibi quandoq; fuiſſe ignem: per primam ſcitur res ut eſt, ideſt ut a natura ſit, quod innuit Auerroes in eodem commento: per ſecundam uerò res ſcitur ut eſt apud nos, ideſt in intellectu noſtro: prima à latinis cauſa eſſendi nuncupari ſolet, à Themiſtio loco citato cauſa rei, ab Auerroe autem in commento octauo nũcupatur cauſa eſſendi rem extra animam, in hoc uero undecimo cauſa eſſendi rem ſecundum ſe, quia talis cauſa eſt cauſa eſſe rei ſecundum ſe, ideſt ut eſt extra animam apud naturam: ſecunda uerò à latinis uocatur cauſa inferendi, quia eſt cauſa ob quam inferimus concluſionem, ab Auerroe autem in commento octauo cauſa ſcientiæ eſſendi rem, ideſt cauſa cognitionis rei, alias cauſa noſtræ ſcientiæ de concluſione, & in Epitoma Logico Capite de demoſtratione uocatur cauſa noſtræ cognitionis, in hoc autem undecimo commento dicitur cauſa ineſſendi maius minori, ideſt qua mediante cognoſcimus maius extremum ineſſe minori. At dices uidetur inter Auerroem & Themiſtium eſſe contradictionem, Themiſtius namq; ſecundam cauſam ideſt cognitionis expreſſe appellat cauſam concluſionis inquiens, Quamuis cauſa concluſionis huius, ignem hic deuere, ſit cinis pridie relictus, non tamen cauſa rei dicendus eſt: Auerroes autem non ſecundam ſed primam ideſt ipſius eſſe

uidetur appellare,inquit enim in commento octauo , expedit ete-
nim præmiſſas demoſtrationis ſimpliciter eſſe ſecundũ has duas
conditiones , hoc eſt ꝙ ſint cauſa concluſionis , & cauſa noſtræ
ſcientiæ de concluſione , & in Epitoma logices capite de demo-
ſtratione,fuit de earum conditionibus ꝙ medius terminus in illis
ſit cauſa cognitionis & concluſionis ſimul , & paulò inferius ,
Demoſtrationis uerò eſſendi conditiones ſunt præpoſitæ exce-
pto ꝙ medius terminus non eſt cauſa concluſionis ſed noſtræ co-
gnitionis tantum.Contradictionem hanc diſſoluentes dicimus con
cluſionem apud Ariſtotelem bifariam ſumi , uno quidem modo
pro eo ꝙ ex duabus præmiſſis infertur , qui modus eſt frequen-
tiſſimus,præcipuè tamen primo Priorum uigeſimo primo,& in
principio ſecundi per multa capita,alio quidem modo concluſio ac
cipitur pro paſſione concludenda quæ maius extremum eſt,quo
quidem modo accepit Ariſtoteles primo Poſteriorum quinquage
ſimo ſeptimo,inquiens tria eſſe quæ demoſtrationibus inſunt,ſub-
iectum,dignitatem,& concluſionem quæ ineſt alicui generi ſub-
iecto per ſe, quod etiam explicauit inferius ſectuageſimo ſexto.
Tunc ad contradictionem dico,Themiſtium aſſerentem cauſam
concluſionis eſſe cauſam cognitionis, accepiſſe eam primo mo-
do,Auerroem uero aſſerentem cauſam rei eſſe cauſam conclu-
ſionis,intellexiſſe ſecundo modo, adeo ꝙ ſenſus eſt , cauſa ipſius
eſſe,eſt cauſa concluſionis i.maioris extremi concludendi. Hinc
obiter adnotetur q̃ frigidè quidã ex quinquageſimo ſeptimo nu
per citato conentur probare concluſionem eſſe de eſſentia , non
ãiaduertentes concluſionem ibi paſſionem concludendam appel-

lari. Præter hanc, ſecundam non minus ſubtilem reſponſionem aſſigno, pro qua intelligenda duo notentur, primum Auerrois primo huius quinquageſimo ſexto & in ſecundo, cōmēto duodecimo, quadrageſimo primo, & nonageſimo quarto, quæſita demoſtrationum ſimpliciter aut ſemper aut, ut plurimum ſunt accidentiū propriorum ſecundum eſt, cum accidentia ſeptimo metaphiſicæ ſecundo eatenus ſint entia quatenus inſunt, à quo habent ineſſe ab eodem etiā habent eſſe, nam uel ineſſe ē de eſſentia eorum, & ſic eſt clarum ꝙ à quo habent ineſſe habent eſſe, quum eorum eſſe ſit ineſſe: uel ſi nō eſt de eſſentia ſed eam conſequēs, cū dans eſſe det conſequētia eſſe, ut colligitur ex decima diſputatione in ſolutione dubij ſecundi, neceſſario à quo habent ineſſe habēt etiā et eſſe. His declaratis, dico quod eē cauſam cōcluſionis poteſt intelligi dupliciter, uno modo ut cognoſcamus concluſionem & ſic intellexit Themiſtius, alio modo ut concluſio ſit, ideſt ut prædicatum inſit ſubiecto & ſic intellexit Auerroes, exēpli gratia, ſi per rationale concludamus riſibile de homine, rationale eſt cauſa quo ad cognitionem, quia per illud cognoſcimus hominē eſſe riſibilem: eſt etiam cauſa inhærentiæ prædicati ipſi ſubiecto, nam riſibile ineſt homini, non ob aliam cauſam, quam ob rationale: & hoc expreſſit noſter Auerroes, ſecūdo Poſteriorum in calce commenti tertij dum dixit, medium terminum eſſe cauſam noſtræ ſcientiæ de ineſſendo prædicatum ipſi ſubiecto, & ineſſendi prædicatum ipſi ſubiecto, dixit ergo Auerroes cauſam rei eſſe cauſam concluſionis ideſt eſſe cauſam inhærentiæ prædicati ad ipſum ſubiectum, tota enim concluſio nil aliud eſt ꝙ̄ prædica-

tum inhærens ſubiecto, dum enim eſt cauſa inhærētiæ prædicati, erit etiā cauſa ipſius prædicati, quia à quo prædicatum habet inesse, ab eodem habet etiam & eſſe. Vnde non parum miror aſſerentes medium in demoſtratione ſimpliciter non neceſſario eſſe cām alicuius extremi, ſufficit etenim (ut inquiūt) eſſe cām inhærētiæ duplici modo .i. ob quā inhærentia cognoſcatur, & ſit, cum non poſſit eſſe cauſa inhærentiæ, niſi etiam ſit prædicati quò ad eſſe, & hanc opinionem uidetur ſuſtinere ſubtiliſſimus Ioannes Antonius Scotius Neapolitanus in ſua ſingulari quæſtione de potisſima demoſtratione, articulo ultimo, reſpondendo ad ſecundum, cuius quidem quæſtio in calce expoſitionis in priores Analiticos falsò Aegidio adſcriptæ excudi ſolet: dico aūt falsò, nam uetuſtisſimus codex non Aegidij ſed Roberti Anglici eam eſſe nobis fidem facit, his ſic declaratis ad literæ expoſitionem accedamus: eſto quòd medius terminus ſit cauſa maioris tantum, cum cauſa duplex, altera in inferendo, altera uerò ipſius eſſe rei, diceret aliquis, quæ cauſa eſt medius ipſius maioris? cauſa qua mediante infertur ipſum ineſſe minori, an etiam cauſa eſſe eius? Reſpondet Auerroes, quod etiam ſupra dixerat in commento octauo, & in Epitoma logico capite de demoſtratione, & Themiſtius primo Poſteriorum capite quarto, quòd medius eſt cauſa maioris duplici modo, non tantum eſt cauſa ineſſendi maius minori, ideſt qua mediante cognoſcimus maius ineſſe ipſi minori ideſt cauſa in inferendo tantum, uerum etiam eſt cauſa eſſendi maius ſecundum ſe, ideſt cauſa ipſius maioris, ut eſt apud naturam, Quæ quidem, uerba à

Iacobo Mantino dilucidius traſlata uidentur hoc modo; ideſt medius terminus neceſſe eſt ut ſit cauſa maioris extremitatis, hoc eſt, ut maior extremitas ipſa ſit, non cauſa ut maior extremitas inſit tantum minori, ut opinatus eſt Auicenna. At dubitatur quia non uidetur uerum id quod Auerroes inquit, ſcilicet demoſtrationis medium eſſe cauſam maioris quò ad eſſe, Nam quod ſcitur demoſtratione eſt uniuerſale, uniuerſale autem nullum cauſatur, nullum itaq; quod demoſtratione ſcitur cauſatur, cauſa igitur quò ad eſſe, medium in demoſtratione ſimpliciter non poterit eſſe cum ſcibile talem non habeat, minor eſt Ariſtotelis ſeptimo primo philoſophiæ triceſimo quinto, ac quinquageſimo tertio, ſingularium nec eſt diffinitio, nec demoſtratio, ob quod non immerito Auerroes primo Phiſicorum tertio indiuiduum non eſſe partem ſyllogiſmi (demoſtratiui ſcilicet) dixit, & Porphirius in prædicabilibus capite de ſpecie Platonis authoritate ſingularia e ſcientia ſecluſit, maior uidetur eſſe Ariſtotelis in Prohemio poſt naturalium aſſerentis, actum omnem ac generationem circa ſingularia non autem circa uniuerſalia exiſtere. Reſponſio facilis eſt, negetur maior, ad Ariſtotelem reſpondeatur ex ipſomet quinto Metaphiſicæ tertio, quòd uniuerſalium ſunt cauſæ uniuerſales ſingularium uerò ſingulares, actiones, generationes, cæteraſq; cauſas ſingularibus conditionibus contractas ibi Ariſtoteles negat eſſe uniuerſalium, non tamen ab eis uniuerſales cauſas ammouet, quod intentionem ſuam ibi cōſideranti liquidò patet. Quæres, cum nomen cau-

ſa dicatur dequatuor generibus cauſarum ſecundo Phiſicorũ ex uigeſimo ſeptimo ad trigeſimum ſecundum & ſectuageſimo eiuſdem, quinto, metaphiſices capite ex intento, commento ſecundo, & tertio, ſecundo Poſteriorum quatrageſimo octauo & in Epitomalogico capite de demoſtratione (ut quam plures alios locos ommittam) licet in propriè ut Auerroes primo Phiſicorum & octauo Metaphiſice primo aſſerere uidetur, in quo genere cauſarum medium in demoſtratione ſimpliciter debet eſſe cauſa? Regula eſt Ariſtotelea octauo Topicorum, ꝙ dum interrogatio eſt multiplex, reſponſio debet eſſe cum diſtintione, cũq; medium ut ſupra fuit declaratum in demoſtratione ſimpliciter ſit duplici modo cauſa, & illationis totius concluſionis, & maioris extremi, philoſophi regulam obſeruans ad utramq; interrogationis partem ſeorſum reſpondebo: totius concluſionis medium cauſam agẽtem eſſe arbitror, principium ſiquidem eſt motus illateq; concluſionis pars minimè exiſtit: hoc quiddem inſignificato propoſitiões ab expoſitoribus agẽtes cauſæ ſæpe ſæpius uocitari ſolent, quia medium in eis eſt cauſa agens illationis: quòd ſi Ioannes grammaticus primo priorũ in diffinitione ſyllogiſmi, Magentinus in principio ſecũdæ ſectionis eiuſdem libri, ac etiam diuinus Proclus in principio ſecundi Priorum Analyticorum, propoſitiones non agentes ſed materiales cauſas appellant, diceſmus, quòd id non reſpectu concluſionis ſed ſyllogiſmi eſſe affirmant: At ſi iterum obicias Ariſtotelem ſecundo phiſicorum trigeſimo primo, & quinto methaphyſices tertio propoſitiones non reſpectu ſyllogiſmi ſed concluſionis materiam ſecundo phiſicorum

cam profecto, ut inquit Auerroes ſecundo phiſicorum trigeſimo primo, propoſitiones eatenus reſpectu concluſionis materiam appellari quatenus in potentia continent concluſionem uelut materia formam, amplectuntur ſiquidem maius & minus extremum quæ in potentia (quia non eadem conſideratione) ſunt ipſa concluſio: propoſitiones itaq; materia dicuntur reſpectu concluſionis, gratia extremorum: nos uero eas reſpectu concluſionis, agentes cauſas, ratione medij termini appellabamus. Finalem uerò cauſam præmiſſas eſſe nullo modo dicerem, eſto etenim q́ tales fini ſimiles eſſe aſſerat Ariſtoteles ſecundo phiſicorum octuageſimo nono, non tamen ob hoc finem eas eſſe concedit, ibi ſiquidem uolens declarare neceſſarium ex ſuppoſitione tam in naturalibus quam etiam in doctrinis reperiri, inquit, ſicut in naturalibus dum finis eſt, neceſſariò ea quæ finem præcedunt ſunt, non tamẽ econuerſo, ſic etiam & in doctrinis dum propoſitiones ſunt & concluſio eſt, at nõ dũ cõcluſio eſt et propõnes sũt: propõnes itaq; fini ſimilãtur quia ſicut ad poſitionẽ finis ponuntur præcedentia finẽ ſic ad poſitionem propoſitionum neceſſariò concluſio ponitur, at non conuertitur: cuius ratio ex intento aſſignatur ab Ariſtotele & Auerroe ſecundo Priorum capite quarto, concluſio reſpectu propoſitionum eſt ueluti conſequens, propoſitiones autem ueluti antecedens, concluſionis nempe ueritas maioris eſt ambitus q̃ ueritas propoſitionum ut inquit Auerroes ibidem (qui locus maxime fauere uidetur aſſerentibus concluſionem nõ eſſe de eſſentia ſyllogiſmi) dum etenim ſyllogiſmus eſt & etiam concluſio, at non ſi concluſio eſt & ſyllogiſmus erit, poteſt ſiquidem eſſe

D

quòd ſyllogiſmus ideſt quòd ambe præmiſſe ſint falſæ concluſione exiſtente uera, dum itaq; propoſitiones ponuntur, neceſſario ponitur concluſio, quia arguitur ex poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, at ſi concluſio eſt propoſitiones nõ etiam neceſſariò ſunt, ex poſitione. n. antecedẽtis arguere minime licet, neceſſitas itaq; ex ſuppoſitione in doctrinis ut bene Auerroes, Ioannes Grammaticus, & Simplicius adnotarũt, eſt ex propoſitionibus prioribus ad concluſionem Poſteriorem, at in natulibus eſt ex fine poſterioriori ad præcedẽtia finem, quæ priora ſunt. Hinc deridere lubet quorũdã inſaniam, qui uolẽtes probare demoſtrationem propter quid eſſe reſolutionem hoc modo probant, reſolutio ſeptimo Methaphiſices uigeſimo tertio procedit ex fine effectu ad præcedentia finem, at demoſtratio procedit ex præmiſſis quæ finis ſunt iuxta Ariſtotelem ſecundo Phiſicorum, octuageſimo nono ad concluſionẽ quæ eſt uelut antecedentia finem, ut ibidem, ergo demoſtratio reſolutio eſt: cum Ariſtoteles, et ſi prædictam ſimilitudinem inter finem & propoſitionem ponat, non tamen ob hoc aſſerat propoſitiones eſſe finem, quinimmo oppoſitum inde colligi poteſt, Hæc autem dicta ſint ad interrogationem factam de medio ut eſt cauſa concluſionis. at ſi quæratur in quo genere cauſarum maius cauſat extremum? Dico quòd dubitatio hæc ob opinantium diuerſas ſententias commodius in quæſito examinabitur, tamen ne ſicco pede tranſeamus. Dico quòd reſpondet Auerroes primo huius trigeſimo quinto quòd eſt cauſa formalis, ratio eſt, nam ſcire ſimpliciter eſt per cauſam propter quàm res eſt, ſed ob cauſam formalẽ res eſt, ergo ob eam

res ſcitur ſimpliciter, minor eſt Ariſtotelis ſecundo de anima ſeptimo, trigeſimo ſeptimo, ſeptimo Metaphiſice trigeſimo ſeptimo, & duodecimo Metaphiſicæ decimo ſexto, materia eſt ex qua res fit, agens educit de potentia ad actum, finis cum ſit gratia cuius poſt rem eſt, ſolum ob formam res ponitur in eſſe: maior eſt Ariſtotelis primo huius ſeptimo, et ſi eam nunq; dixiſſet Ariſtoteles poſſet tamen ratione probari: ſcientia uera eſt quæ conformis eſt eſſe naturali ipſius rei, primo Poſteriorum ſexageſimo ſeptimo, & ſecundo eorundem nonageſimo quarto inquit Auer. unde ſecundo Metaphiſices quarto, res ſicut ſe hēt ad eſſe ita ad ueritatem, non itaq; immerito dixit Ariſt. ſcientiam demoſtrationis ſimpliciter alicuius rei eſſe ob cauſam ob quam res illa eſt, quia ſic eſt cōformis operationi ipſius naturæ. At obijcies q̄a ſecundo poſteriorum quinquageſimo ſexto, & quinquageſimo octauo Auerroes medium in demoſtratione ſimpliciter concedit eſſe cauſam finalem, & ne dum finem, uerū etiam ſecūdo eorundē. 42. talem agentem cauſam nō negauit dū Eclypſis diffinitionē per efficientē cauſam demoſtrari aſſerit: Ad hæc reſpondet ipſemet primo huius. 35. q̄ ſi finis ponitur medium in demoſtratione ſimpliciter, ut loci in oppoſitum adducti confiteri cogunt, hoc non eſt quatenus finis, ſed quia forma ignota eſt cuius locum ſubit ipſe finis: agentem uero cauſam ibidem non negat eſſe mediū in demoſtratione ſimpliciter, non tamē per ſe, ſed per accñs. i. quatenus cōtingit talē cām efficientē eſſe in re nō ſeparatā ab ipſa, pro ut eſt ſitus terræ inter ſolē et lunā in Eclypſi. Sed replicabis, nā cā efficiēs eſt mediū in demoſtratione propter q̄d, ac ēt ſigni,

ut ipſe met aſſerit Auerroes primo huius trigeſimo quarto, nulla itaq; erit differentia inter has demoſtrationes, cum ex medijs ea nanciſcatur, ut inquit Auerroes primo huius nonageſimo nono. Nec miretur quis ſi hunc eundem locum ſuperius in nonageſimo octauo citauimus, nam ibi antiquam Abrahami diuiſione hic uero nouam ſequuti ſumus, nam cum ſeptuageſimum quintum in ſecunda, pars ſit ſeptuageſimi quarti commenti in prima, hinc factũ eſt quòd ex ſeptuageſimo quarto ad finem primi, in antiqua, commenta ſemper uno pauciora legantur, & hoc quæſo ſtudioſi animaduertant, nam ſecus, ne dum me, ſed etiam quamplures Iuniores immerito carpent: Reſpondetur licet in omnibus tribus ſit medium cauſa efficiẽs, tamen differenti modo, nam in demoſtratione ſigni eſt cauſa remota ut inquit Auerroes primo huius nonageſimo quinto & quæſito ſexto, at in demoſtratione propter quid erit propinqua, ut ipſemet inquit primo huius nonageſimo quinto, quo etiam modo erit in demoſtratione ſimpliciter, quia talis debet eſſe prima & in mediata ut ſupra in nono & in undecimo declarauimus, ſed tunc iterum quæres, quæ ergo differentia inter demoſtrationem propter quid & ſimpliciter? inquiunt quidam, inter quos eſt Ioannes ille Hyſpanus qui primus hæc cõmentaria magna legere cepit, & Abuhalkaſim in quæſito de modo diſcernẽdi demoſtrationes propter quid & quia, ꝙ ſola accidentali differentia differunt, ſiquidem eadem demoſtratio eſt propter quid & ſimpliciter, nam ſi procedat ad effectum ignotum & quo ad ſi eſt & propter quid eſt, ſimpliciter demoſtratio uocatur, ſi uerò effectus erit notus quo ad ſi eſt, de-

moſtratio propter quid appellatur, ſola itaq; differentia eſt reſpe ctu noſtri, quinimo eadem demoſtratio reſpectu unius ignorantis effectum utroq; modo, erit ſimpliciter, & reſpectu alterius ſciēns ſi eſt, uocatur demoſtratio propter quid. His Auerroes *fauere uidetur primo huius nonageſimo quinto iuxta principium, ſecūdo huius, uigeſimo nono, quatrageſimo, in* Epitoma *logico capite de demoſtratione, & in quæſito de diffinitione poſitione differente. Cōtra hanc opinionem arguo primo authoritate* Auer. *primo huius octauo, trigeſimo quarto, qnquageſimo primo.* 54. *nonageſimo quinto.* 197. *primo phiſicorum in probemio, &* 20. *cœli trigeſimo quinto, ubi* Auerroes *ponit hos tres demoſtrationis modos ſpecie differentes:* Secundo *operatio demoſtrationis propter qd eſt differens ſpecie ab operatione demoſtrationis ſimpliciter,* Ergo *et ipſe inter ſe differunt ſpecie, antecedens probabitur inferius dum probabimus, (noſtram opinionem ponētes) dari quādam demoſtrationem propter quid quæ ex natura ſua & non ratione noſtri tantum quæſitum cur eſt notificat & non cur eſt et ſi eſt ut demoſtratio ſimpliciter, conſequentia patet nam operatio arguit formam teſte* Auerroe *in diſputatione ſexta in ſolutione dubij ſexti, & duodecimo* Metaphiſices *decimo quarto: ideo dico, demoſtrationem cauſæ tantum, eſſe duplicem, altera quidem eſt quæ habet omnes conditiones quas habet demoſtratio ſimpliciter, ſed ſolum differt ab ea, quia hæc tantum declarat cur eſt effectus, quia ſi eſt, notum eſt, at ſimplex utrumq;, de hac loquebatur* Auerroes *in* Epitoma *logico,* Hanc *à ſimpliciter demoſtratione ſpecie differre non tenemus, quia ex natura ſua eſt*

demoſtratio ſimpliciter licet reſpectu noſtri uarietur, de hac au thoritates pro illis uiris adductas loqui gloſſamus, Nihilominus præter hanc datur alia cauſæ demoſtratio, que ſpecie a demoſtra tione ſimpliciter differt, hæc eſt illa quæ tantum ex natura ſua quæſitum cur eſt declarat, ſi eſt uerò minime declarare poteſt, in hac ſiquidem medium eſt cauſa quæ non eſt nota nobis & naturæ, ut eſt ĩ demoſtratione ſimpliciter primo huius duodecimo, ſed tantum naturæ: inuenitur ſiquidem cauſa hæc per demoſtrationem quia ut inquit Auerroes primo huius nonageſimo ſexto, et Ariſtoteles nonageſimo ſeptimo, ideoq; naturaliter eſt ignota, nam ut in primo commento ſecundi poſteriorum ait Auerroes, demoſtratio ſuper ignotum naturaliter procedit, cum itaq; eſſe ipſius cauſæ inuentũ ſit per eſſe effectus iuſta regulam aſſigna tam primo huius decimo quinto, eſſe effectus notius eſt q̃; eſſe ip ſius cauſæ, per eſſe itaq; cauſæ effectus quo ad ſi eſt manifeſtari non poteſt, procederetur ſiquidem ex latentiori ad notius, & ſic commicteretur petitio ut inquit Ariſtoteles ſecundo priorum decimo ſexto, talis itaq; demoſtratio procedens ex cauſa non ſenſata, ſed notificata per demoſtrationem quia, ſolum declarat cur eſt ipſius effectus, at demoſtratio ſimpliciter cum procedat ex cauſa nobis & naturæ nota ex ſua natura utrumq; quæſitum de clarabit, ideoq; cum harum demoſtrationum operationes ſpecie ſint differentes, & ipſe etiam ſpecie diſtabunt: quomodo ergo cauſa efficiens dum eſt medium in demoſtratione propter quid differat a cauſa efficiente dum eſt medium in demoſtratione ſim pliciter iam eſt clarum. Sed dubitabis, demoſtratio ſimplici-

ter ex cauſa efficiente ut plurimum an rarò procedit? Auerroes *ſiquidem ſecundo poſteriorum ſexageſimo ſeptimo ut plurimum hoc fieri aſſerit, at primo huius trigeſimo quarto rarò hoc accidere teſtatur?* Reſpondeo *cum res quædam ſint permanentes quædam uerò tranſeuntes, in permanentibus cum in eis facilè forma inueniatur, rarò procedetur ex efficienti: at in tranſeuntibus uelut eſt tonitruum æclipſis & ſimilia, cum forma aut non inueniatur, aut difficillimè tandem, dico* ꝙ *in eis ut plurimum ex efficienti cauſa demoſtrare cogimur, in permanentibus itaq; dictum* Auerrois *primo huius trigeſimo quarto ueritatem habere dicimus, in tranſeuntibus uerò dictum eiuſdem in ſecundo poſteriorum ſexageſimo ſeptimo uerificari aſſerimus: { prout dicebat* Auicenna *} ſiue* Auicenna *legatur ut* Abrahamus & Mantinus *transferunt, ſiue* Alis Sene *ut* Burana, *nihil curo, cum his nominibus idem deſcibatur author:* Quid *autem his in uerbis uelit* Auerroes *nō eſt obſcurum, nam cum propriam declaraſſet opinionem* ꝙ *ſcilicet non ſit cauſa minoris, non utriusq;, ſed maioris neceſſariò duplici modo, & in hærentiæ, & eſſe, iam incipiens proponere opiniones aliorum in ſecunda particula examinandas,* Auicennæ *ſententiam præmiſit:* Queres *quæ eſt opinio* Auicennæ? Quidam *doctiſſimus uir* Reſpondet, *Auicennam arbitrari medium in demoſtratione ſimpliciter nullius extremi eſſe cauſam eſſendi, ſed tantum inferendi, adeo quòd propria paſſio medium erit conuenientiſſimum in demoſtratione ſimpliciter, ut omne riſibile rationale, omnis homo riſibilis, riſibile mediū in hac demoſtratione,*

neq; rationalis neq; hominis eſt cauſa quò ad eſſe, ſed tantum eſt cauſa qua mediante cognoſcimus rationale ineſſe homini: Qua autem ratione uir hic moueatur ad imponendum hoc Auicennæ, non accepimus, nihilominus pro ipſo arguamus, primo ex uerbis Auerrois hic aſſerentis, medium non eſſe cauſam tantũ ineſſendi maius minori ut putabat Auicenna, ſi itaq; apud Auicennam medium eſt tantum cauſa ineſſendi, Ergo nullius extremi eſſendi, quia ſi eſt cauſa alicuius eſſendi, ergo non tantum ineſſendi: Secũdo in quæſito de medio demoſtrationis ſimpliciter clarè inquit Auerroes, Auicennam arbitrari medium terminũ demoſtrationis dantis cauſam & eſſe, utroq; extremo eſſe poſteriorem. Tertio, ſi alicuius cauſa uel maioris, aut minoris, uel utriuſq;: non maioris, quia ex intento aſſerit Auicennam hanc opinionem (quæ ipſius Auerrois) eſt negaſſe: non utriuſq;, quia hæc proponitur improbanda tanq; diſtinta ab opinione Auicẽnæ, nec minoris, eadem de cauſa, nullius itaq; extremi apud Auicennam medium eſt cauſa. Sed parcat uir iſte, hoc uidetur falſum, Auerroes ſiquidem in quæſito ſexto, & primo huius nonageſimo quinto, ex intento inuehitur in Auicẽnã negantem demoſtrationem quia, eo quòd non procedit ex cauſis, apud eum etenim non dabatur ſcientia alicuius rei poſterioris, niſi illa per cauſam eius conſliterit, modo ſi hæc erat opinio Auicennæ, quòmodo uerum eſt dicere demoſtrationem ſimpliciter apud eum ex medio cauſa ſolum in inferendo cõſtare, quod medium propia paſſio eſt, ſi per tale medium ſcientiam haberi negabat? Præterea redarguens opinionẽ Auicennæ hoc in commento, exemplũ ad mentẽ Auicennæ acce-

pit

pit in quo mediū eſt cauſa minoris eſt autem hæc, homo eſt aĩmal, & animal eſt corpus, & licet exempla à philoſophis non ſemper uera ponantur ut inquit Magentinus primo Priorum exponens propoſitionis diffinitionem, & Auerroes ſecundo de anima ſexageſimo ſeptimo, ob magnitudinem forſan ingenij ut teſtatur Ioannes Grammaticus exponens nonum contextum tertij de anima, tamen non dubito ex eis eam ſuaſionem apud me contra iſtū uirum ſequi, quæ ex exemplis apud Auerroem contra Alpharabium in primo commento huius primi eueniebat. Demum Auerroes in quæſito ſexto comparans tertiam ſpeciē Alpharabij quæ habet medium tantum cauſam minoris cum opinione Auicennæ aſſerente illum eſſe cauſatum à maiori inquit ꝙ eadem eſt ſecundum ſignificatum, nam aſſerere medium eſſe tantū cauſam minoris ut dicebat Alpharabius iddem eſt dicere, ac eſſe cauſatum à maiori ut dicebat Auic. ſi Auic. nolebat mediū cauſam minoris quomodo ergo eadem ſecundum ſignificatum? Reſponderet forſan quòd Auerroes uidens hanc rationē ob dictam cauſam friuolam eſſe, non dixit eſſe eandem ſimpliciter, ſed adidit, niſi uelit Auicenna ꝙ inueniantur quædam demoſtrationes cauſæ & eſſe quarum medius terminus ſit cauſa ineſſendi maius minori cum ille ſit poſterior illis ſicūdum eſſe, prout putatur de ipſo, quaſi dicat eſt eadem opinio ſecūdū ſignificatum, dummodo Auicenna non uelit eſſe medium poſterius utroq; extremo, at ego dico ꝙ ita medium ponebat: ſed profecto decipitur. Nam Auerroes irriſiue dicit talia, erant enim quidam putantes Auicennam ponere medium poſterius utroq; in demoſtratione ſimpliciter, hos de-

ridens Auerroes inquit medium in demoſtratione ſimpliciter eſſe cauſatum a maiori extremo ut uolebat Auicenna, *& eſſe tantũ cauſam minoris ut dicebat* Alpha: *iddem eſt: niſi uelimus ut qui dam putant* Auicennam *putare medium eſſe poſterius utroq; in demoſtratione dante cauſam & eſſe, quaſi arguat contra eos, ſi* Auicenna *huiuſmodi medium ponebat in demoſtratione dante cauſam & eſſe, quomodo ueriſimile eſt ꝙ ponat poſterius utroq;? pro huius etiam rationis confirmatione recurratur ad primam rationem quæ maximi roboris eſt:* Abrahamus *autem de* Balmes *mei patrui in aſtronomia preceptoris, in ſuo libello de demoſtratione capite tertio, aliam aſſignat* Auicennæ *opinionem inquiens* Auicennam *putaſſe medium terminũ in demoſtratione ſimpliciter eſſe cauſam tantum in herentiæ prædicati ad ſubiectum, ſiue ſit prior, ſiue poſterior extremis, pro hoc doctiſſimo uiro eſt* Auerroes *in hoc undecimo & ſecundo quæſito, dũ inquit,* Auicennam *Arbitratum medium eſſe tantum cauſam ut maius inſit minori, ideſt in herentiæ tantum: Sed nec hoc uerum eſſe uidetur, ut autem ratio noſtra intelligatur,* Dicimus, *eſſe cauſam inhærentiæ poſſe intelligi duplici modo, primo quò ad illationem, ut riſibile eſt cauſa in herentiæ prædicati rationale ſubiecto homini, non quidem quò ad eſſe, ſed quò ad illationem, mediante ſiquidem riſibile inferimus rationale ineſſe homini, ſecundo uerò modo intelligi poteſt, cauſa in hærentiæ quo ad eſſe, ut rationale eſt cauſa inhærentiæ riſibilis ad hominem, ne dum quò ad illationem uerum quò ad eſſe, nam riſibile ideo homini ineſt, quia homo rationalis eſt: tunc quæro ab eo, cauſ*

ſam in hærentiæ, aut intelligit primo, aut ſecundo modo? Si dicet primo, tunc arguatur ut contra primam opinionem argumentati ſumas, eodem ſiquidem modo contra illud membrum ſcilicet ꝙ ſit poſterius utroq; extremo concludetur: ſi uerò Reſpondebit ſecundo modo ſe intelligere, tunc inſtetur, nam à quo prædicatum habet ineſſe ab eodem etiam habet eſſe, ut ſupra Auerroem cum Themiſtio conſiliantes probauimus, & ſic eſſe cauſam ut prædicatum inſit ſubiecto, iddem eſt ac eſſe cauſam ipſius prædicati, & tunc Auicennæ opinio aſſerentis medium eſſe cauſam ut prædicatum inſit, erit eadem cum opinione Auerrois illud iddem ad eundem ſenſum in tertio ſecundi poſteriorum aſſerentis ut ſupra declarauimus: Vt itaq; uerè appareat quæ ſit opinio Auicennæ primo conditiones medij demoſtrationis ſimpliciter in genere ad eius aures declarabimus: ſecundo cõditiones medij ſpecierũ, tertio Auic. opinionẽ cum Alpharabij opinione comparabimus, quarto iudicium Auerrois ſuper opinionem Auicennæ, explicantes uerba exponemus, Demum ad quatuor rationes ſatisfiet, quas pro opinantibus aducebamus: Dicimus itaq; opinionẽ Auicennæ tribus conditionibus abſolui, quarum prima eſt quòd medium ſit cauſa ut maius inſit minori, ideſt qua mediante inferamus maius ineſſe minori, non autem quòd ſit cauſa quòad eſſe in hærentiæ, quæ eſſe maioris extremi conſequitur, ut ſic enim eadem eſſet cum opinione Auerrois ut ſupra dictum eſt, ſecunda uerò conditio eſt ut medium ſit cauſatum à maiori extremò, utramq; conditionem ad aures Auicennæ exprimit Auerroes in hoc commento undecimo dum inquit,

ex quo accidit mediū terminum eſſe cauſatū ab extremo maiori, cum medium ſit cauſa ineſſendi illum ipſi minori: eaſdem etiam explicat in quæſito ſecundo inquiens, Auicenna ait ꝙ quædā ſpecies eſt demoſtrationis ſimplicis, cuius medius terminus eſt cauſa eſſendi maius in minori, & cauſatus à maiori. Tertiam uerò conditionem putamus eſſe, ꝙ medius terminus ſit cauſa minoris neceſſariò, Nam (ut ſupra contra primam opinionē fuit probatum) neceſſariò dicere oportet, Auicennam ponere medium alicuius extremi cauſam, nō poſſumus dicere quòd ponebat medium neceſſariò cauſam maioris, aut utriuſq;, ſiquidem ponebat quaſdam demoſtrationes ſimpliciter habentes mediū cauſam maioris quò ad ineſſe ſolum, & non quò ad eſſe, ut ex hoc undecimo, & ſecundo quæſito patet, ergo remanet quòd medius terminus apud eum neceſſariò ſit cauſa minoris, non ergo immerito Auerroes in hoc undecimo ad mentem Auicēnæ tale ponit exemplum, animal eſt corpus, homo eſt animal, animal ſiquidem medium, eſt cauſa qua mediante cognoſcimus corpus ineſſe homini, eſt cauſatum à corpore maiori extremo, & eſt cauſa hominis extremi minoris: Huius demoſtrationis ſimpliciter, dico ꝙ Auicenna duplicem ſpēm ponebat, iuxta duplicē modum per quē prima conditio uariari poteſt, nam eſſe cauſam maioris ut inſit, dupliciter eſſe poteſt, uno quidem modo ut inſit tantum, alio uerò modo, ut inſit & ſit, iuxta hos duos modos, duas ſpecies ponebat Auicenna, prima eſt in qua medius terminus eſt cauſa minoris, cauſatus à maiori, & cauſa maioris tantum ut inſit, exemplum ſuperius aſſignatum eſt conuenientiſſimum, Hanc ponere Aui-

cennam teſtatur Auerroes *in ſecundo quæſito his uerbis,* Auicen *na uerò ait ꝙ demoſtrationes ſimplices ſint duarum ſpecierum, quædam ſpecies eſt, cuius terminus medius eſt cauſa eſſendi ma ius in minori, & cauſatus à maiori non cauſa illius, ſubdit exem plum, pro ut dicimus homo eſt rationalis, & rationale eſt ani= mal, rationale itaq; non eſt cā aĩalis ſimpliciter, ſed cauſa ineſſen di animal ipſi homini: ex quo exemplo etiam liquet quòd pone= bat medium cauſam minoris, ſiquidem rationale hominis eſt cauſa.*Secundam *uerò ſpeciem ponebat in qua medius terminus eſt cauſa minoris, cauſatus à maiori, & cauſa maioris ut inſit minori, ſed non ut inſit tãtũ, uerũ etiam ut ſit, talis ſpecies de= moſtrationis non poteſt eſſe, ut ipſemet aſſerit in hoc undecimo, & in quæſito tertio de condicionibus præmiſſarum, niſi con= currant duo genera cauſarum, adeo quòd medium in uno genere cauſæ cauſetur à maiori extremo, & in alio maius cauſetur ab ipſo, ut dum cauſa finalis demoſtratur per cauſam formalẽ, exem pli gratia, rationale eſt felicitabile, hõ eſt rationabilis.*Hanc *ſpe= ciem poſuiſſe* Auicennam, *inde colligimus,* Auerroes *in quæſi= to ſecundo uerbis ſuperius adductis confitetur* Auic.*poſuiſſe du as ſpecies demoſtrationis ſimpliciter, quarũ primam ibi numera= uit, ſecundã uerò breuitati ſtudens ibidem non apponit, appoſuit tñ in hoc undecimo, ut infra uidebimus, unde patet quã grauiter erret quidam aſſerens in ſuo quæſito de medio,* Auicennam *tan= tum unam ſpeciẽ demoſtrationis ſimpliciter poſuiſſe, et hoc inſpi cienti paginas* Auerrois *manifeſtum eſſe, cũ ex ipſius* Auer.*uer bis in ſecundo quæſito, iam ſit moſtratum oppoſitum.*Vt *autem*

comparatio inter opinionem Alpharabij & Auicennæ intelligatur, notandum eſt iuxta dictum Auerrois in quæſito ſecundo, et in Epitoma logicæ capite de demoſtratione, quòd Alpharabius ponebat tres ſpecies demoſtrationis ſimpliciter, quarum prima habebat medium cauſam utriuſq;, ſecunda maioris tantum, tertia ſolum minoris, prima ab eo exiſtimabatur perfectiſſima, ſecunda minus perfecta, tertia uerò imperfectior. Hoc explicato dico, ꝙ Auicenna differt ab Alpharabio, in ſecunda ſpecie, nam eam Auicennna omnino non cognoſcit, ut ex his quæ ad eius mentem diximus, liquet, ſecundo differunt quo ad primam ſpeciem, nam prima Auicennæ uidetur contineri ſub prima Alpharabij uelut particulare ſub uniuerſali, omnis ſiquidem demoſtratio habens medium cauſam minoris & cauſatum à maiori, cum hoc ꝙ eſt cauſa illius, habet medium cauſam utriuſq; extremi, at non conuertitur, plures enim ſunt demoſtrationes in quibus medium eſt cauſa utriuſq;, & tamen non eſt cauſatum à maiori, ut in hac, homo eſt rationalis, rationale eſt riſibile: licet autem hæc differentia prima facie inter illas ſpecies uideatur, nihilominus falſa eſt, ſiquidem hac lege differunt, ut una nullo modo contineatur ſub alia, Auicenna etenim ut ſupra diximus, hac ratione concedebat medium eſſe cauſam utriuſq;, ut ſit cauſatũ à maiori, & hoc nõ erat, niſi dum unum genus cauſæ moſtratur per aliud: at Alpharabius hoc pacto concedebat mediũ eſſe cauſam utriuſq;, ut unũ genus cauſæ non poſſit demoſtrari per reliquum, hæc non ex nobis fingimus, ſed clara eſt ſententia Auerrois in quæſito de conditionibus præmiſſarum demoſtrationis hoc aſſerentis, ſecunda

uerò ſpecies ipſius Auic. à tertia Alph. ut ſupra ex uerbis Auer. ī ſecūdo quæſito probauimus ſolis uerbis (ſignificato .n. idē ſūt) diſtinguitur, Nā Auic. dicebat mediū in hac ſpē eſſe cauſatum à maiori et eſſe cām maioris ſolum quò ad ineſſe, cū hæc ſpecies ſit demōſtrationis dātis cām et eſſe, neceſſariò ſequebatur eſſe cām, non maioris, quia hoc expreſſe negabat, ergo ſolum minoris, Alpharabius autem ponens medium eſſe ſolum cauſam minoris neceſſariò debebat concedere quòd ſit cauſatum à maiori, in ſignificato ergo eadem eſt opinio, differunt uerò in uerbis, nam Auicenna deſcribebat medium in tali demoſtratione dante cauſam & eſſe, per eſſe cauſatum à maiori, & eſſe cauſam eius ſolum quò ad ineſſe, at Alpharabius illud deſcribebat per eſſe ſolum cām minoris. Ex his duabus ſpeciebus Auic. Auer. ſecundā non oīno reiciet, primā uerò oīno explodit, unde inquit, mediū oportet eſſe cām non utriuſq;, non minoris, ſed maioris, & eius, ēt quò ad eſſe, non ſolū quò ad ineſſe ut putabat Auic. in una .ſ. ſpecie nā nō oēm ſimplicē demoſtrationē, ſed quādam ſpeciē eſſe huiuſmodi clarè in quæſito ſecūdo cōfitetur Auer. Quibus declaratis tēpus eſt ut ad opinantiū rationes breuibus reſpōdeamus, Ad primam, Dico, Auic. aſſerere medium reſpectu maioris eſſe cauſam ut illud inſit tantum minori, cū hoc tamen ſtat eſſe cauſam quò ad eſſe reſpectu minoris, Ad ſecundam ex dictis reſponſio patet, ibi ſiquidem Auerroē aſſertiue minime loqui, ſuperius declarauimus, Ad tertiā dico, cū illæ duæ opiniones ex plicitè ī uerbis oīno ſint differētes, aliqs audiēs Auer. exploſurū opīonē dicētē, medium eſſe cām maioris tantū, quò ad ineſſe (neſciens utrūq; ſecundum

rem iddem dictum eſſe) ambigeret, an etiam exploſurus ſit opi-nionem aſſerentem medium eſſe tantum cauſam minoris, ut itaq; hanc ambiguitatem auferat Auerroes, utrunq; dictum præmitte-re uoluit. Ad rationem alterius opinionis etiam ex dictis reſponſio patet, nam cum eſſe cauſam inhærentiæ bifariam contingat, uel quò ad illationẽ uel quò ad eſſe, non ſecundo modo (ut Abrahamus uolebat) ſed primo intellexiſſe Auicennam ſupra demo-ſtrauimus.

Neq; ſolum cauſa minoris, prout putauit Abunazar Alpha-rabius, qui tale aſſumit in demoſtrationibus ſimpliciter, hoc eſt in demoſtrationibus quæ largiuntur cauſam & eſſe ſimul de quibus fit hic, ſermo, eſſe uerò demoſtrationis medium ter-minum cauſam amborum extremorum, hoc eſt maioris & minoris, e ſi quid accidens illi.

Præpoſito primo dicto, quod eſt Auicennæ, in ſecunda digreſ-ſionis particula explodendo, iam duo reliqua præmittit, quæ Babilonenſis ſunt Alpharabij antiquiſſimi inter Arabes philoſiphi, floruit ſiquidem circa annum Domini nonagenteſimum octua-geſimum ſecundum, ſi Iacobo Philippo in duodecimo Chroni-corum fides eſt adhibenda: ut autem hæc clarè intelligantur, me-moria repetendum eſt, ſupra ex uerbis Auerrois dictum eſſe, ꝙ Alpharabius tres demoſtrationis ſimplicis ſpecies agnoſcebat, prima continebat medium cauſam utriuſq; extremi, ſecunda uerò tantum cauſam maioris, tertia autem ſolum minoris: Ex his ſe-cundam ſpeciem concedit Auerroes, nam cum apud ipſum me-dium neceſſariò ſit cauſa maioris, ſecunda Alpharabij ſpecies

quæ

quæ medium cauſam maioris tantum habet ab ipſo negari non po teſt: prima itaq; & tertia ab Auerroe *abiciendæ proponuntur, tertiam ergo explodendam proponit inquiens, medium nõ eſſe ſo lum cauſam minoris ut putauit* Alpharabius,*qui tale medium cõ cedebat in demoſtrationibus ſimpliciter.* Quæres *cur dixit in de moſtrationibus & non in demoſtratione?* Dico,*ut oſtendat ſpe ciem hanc non uno ſed pluribus modis fieri poſſe, dũ etenim me dium eſt cauſã minoris, uel erit tota diffinitio, uel genus tantum, uel differentia tantum, ut puta ſubſtantia poteſt demoſtrari de homine per cauſam ipſius hominis, per animal rationale totam dif finitionem, per animal genus, & per rationale differentiam, ut itaq; innuat ſpeciem hanc* Alpharabij *eſſe multiplicem dixit, in demoſtrationibus, & non, in demoſtratione:* Sed *iterum quæres cur dixit in demoſtrationibus ſimpliciter, & nõ in demoſtratio nibus, ſolum?* Reſpondeo *ut* Alpharabij *errorem grauiorẽ oſten dat, nam ſi grauis eſt error, talem mediũ terminum in demoſtra tione propter quid ponere, grauior profectò erit talem in demo ſtrationibus ſimpliciter concedere, quod* Alpharabius *faciebat: quòd ſi hæc reſponſio non placet, ſecundam & ſi prolixiorem, ni hilominus utilitate refertiorem aſſigno.* Medium *eſſe cauſam mi noris extremi tãtũ, & ſi inconueniens ſit in demoſtratione ſim pliciter, non tamen in qualibet demoſtrationis ſpecie hoc inconue nit, datur ſiquidem una ſpecies demoſtrationis in qua mediũ eſſe cauſam tantum minoris nullum eſt inconueniens, poſſet itaq; quis dicere,* Alpharabiũ *tale medium poſuiſſe in ea ſpecie in qua mi nimè incõuenit eſſe huiuſmodi, ideoq; non erraſſe:* Huic Alpha

rabium defendenti obicit Auer. hoc non eſſe uerum, quippe cum tale medium ab Alpharabio in demoſtrationibus ſimpliciter ponatur: talesq; demoſtrationes ſimpliciter ab effectu declarans inquit, Alpharabium tale medium ponere in demoſtrationibus ſimpliciter, ideſt, in demoſtrationibus quæ largiuntur cauſam et eſſe ſimul, demoſtratio ſiquidem quia ſolum largitur eſſe, propter quid ſolum cauſam, at demoſtratio ſimpliciter utrūq; quæſitum diſtinguit (ideſt diſtinctè cognoſcere facit) ut ſecundo poſteriorum tertio inquit Auerroes ſimul ideſt unica concluſione, demoſtrationes ſiquidē quia & propter quid ſimul ſumptæ duo quæſita abſoluunt, ſ. ſi eſt, & cur eſt, ut ex primo huius. 96. & 97. liquet, non tamen ſimul. i. unica concluſione, ideoq; ſimul ſumptæ demoſtrationes ſimpliciter non erunt, de quibus ſit hic ſermo. nam uſq; ad. 95. inueniemus Ariſt. ferè ſemper loquentem de talibus, inde uerò de quia et propter quid abunde tractabit. Sed dices, Quæ nam eſt illa ſpecies demoſtrationis, in qua medium poteſt eſſe cauſa minoris? Dico quòd demoſtratio propter quid huiuſmodi eſſe nequit, demoſtratio ſiquidem quia primo huius. 95. & 96. in Epitoma capite de demoſtratione, & in quæſito. 6. procedit ex medio termino effectu ad maius extremū cauſam, at demoſtratio propter quid ut inquit Ariſt. primo huius. 97. habet pro maiori extremo effectum qui erat medium in demoſtratione quia, & medium cauſam, quæ erat maior extremitas in demoſtratione ſigni, ergo in demoſtratione propter quid medius terminus eſt cauſa maioris, & non minoris tantum: quòd ſi præter hanc demoſtrationem propter quid procedentem ex cauſa con-

uertibili cum effectu, etiã concedamus quaſdam alias quæ ex cauſis notis ſuper effectus non conuertibiles procedunt, ut uidetur innuere Auer. primo huius. 96, non eſt dubium, ꝙ in talibus etiam eſt cauſa maioris, nam quæro, effectus illi demoſtrandi aut ſunt cauſati à medio, aut à minori? ſi à medio, habemus intentum quod. ſ. non ſolum cauſa minoris, ſi à minori, tunc arguatur iuxta uulgatum adagiũ, quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, ſed medium per uos eſt cauſa minoris extremi quod cauſat effectus in maiori extremo poſitos, ergo medium etiam erit cauſa maioris: Euidentiæ itaq; demoſtratio erit in qua medium eſt cauſa minoris, non tamen omnis, Nam cum euidentiæ demoſtratio duplex ſit ut colligitur ex pri. huius 95. & . 96. & ex quæſito. 6. altera à priori ideſt à cauſa remota procedẽs, altera ab effectu, dico, ꝙ demoſtratio in qua medium eſt cauſa minoris tantum non poteſt eſſe demoſtratio euidentiæ à cauſa remota, quod tali medio probo, hæc demoſtrationis ſpecies cum ſolum ſit negatiua ut primo huius. 99. ex intento determinat Auer. dubitat ibidem, cur Ariſt. in textu aſſerit hanc fieri in ſecunda figura, cũ uniuerſalis negatiua etiam concludatur in prima, primo priorum 5? Reſpondet, cum in tali demoſtratione ſit remouendum prædicatum quæſiti à ſubiecto per cauſam remotam, minor neceſſariò eſt negatiua cũq; hoc in prima figura non contingat, ſed in ſecunda, non immerito in ea hanc demoſtrationem fieri Ariſt. aſſerit, exemplum Ariſt. ſit ammouendum reſpirare à pariete per medium animal, tunc demoſtratio conficietur tali pacto reſpirãs eſt animal, paries non eſt animal, ergo paries non reſpirat, cum reſ

ſpirare remoueatur à pariete per negatione animalis cauſæ remotæ, minor neceſſariò eſt negatiua, ſi per te medium in hac demoſtratione eſt cauſa minoris tantum, ratio Auerrois nullius eſſet roboris, nā tūc eſſet ammouēdū prædicatū quæſiti à ſubiecto per cām remotā ipſius ſubiecti, at minor præmiſſa eſt ubi eſt minor extremitas.i. ſubiectū quæſiti ut inquit Auer. in Epitoma lo*gico capite de ſyllogiſmo, & primo priorum quinto, ergo minor propoſitio erit in qua cauſa remota prædicatur, ut nullum animal eſt paries, omne reſpirans eſt animal, & ſic* Auerroes ibi *nihil haberet, quia talis neceſſariò eſſet affirmatiua, non ergo demoſtratio in qua medium eſt cauſa minoris tantum, eſt demoſtratio euidentiæ à cauſa remota, relinquitur ergo quòd ſit à poſteriori,* Hæc autem duplex eſt ut inquit Auerroes in Epitoma *capite de demoſtratione, & primo huius una cum* Ariſtotele *teſtu nonageſimo octauo,* Altera *ab effectu ad cauſam conuertibilem, ut riſibile eſt rationalis, homo eſt riſibilis, altera uerò ab effectu ad cauſam non conuertibilem, dat exemplum* Auerroes in Epito*ma, fumus eſt, ergo ignis eſt, at non conuertitur:* Dico *itaq; quòd in utraq; ſpecie euidentiæ à poſteriori, poteſt eſſe medium cauſa minoris tātum, eſſe etenim cauſam minoris tantum, eſt eſſe cauſatum à maiori ut ſupra diximus ex* Auerroe *in quæſito ſecundo: arguendo ergo ex tali medio cauſato ad maius cauſam, erit arguere ex poſteriori ad ſuum prius: ſed cum poſterius hoc quandoq; conuertatur cū maiori cauſato, quandoq; uerò non, nō eſt dubiū, ꝙ dum conuertitur erit prima ſpecies euidentiæ à poſteriori, dū uerò non conuertitur erit ſecunda,* Exemplum *primæ, omne cor-*

pus eſt ſubſtantia corporea, omne animal eſt corpus: medium eſt cauſa minoris tantum, & eſt poſterius maiori cum quo conuertitur, exemplum ſecundæ, omne corpus eſt ſubſtantia, omne animal eſt corpus: medium eſt cauſa minoris tantum, poſterius maiori, ſed cum eo tamen non conuertitur, medium itaq; non in demoſtratione ſimpliciter: (quia hoc expreſſè negat Auer.) non in demoſtratione propter quid, ſiue ex cauſa conuertibili procedat, ſiue non: non in demoſtratione euidentiæ quæ ex cauſa remota procedit, eſt tantū cauſa minoris, ſed in demoſtratione euidentiæ ex poſteriori conuertibili uel non conuertibili procedentē tale mediū in poni nullū eſſe incōueniēs patet, ne itaq; putet aliqs Alph. tale mediū in huiuſmodi demoſtratione poſuiſſe, ideóq; erroris expertē eſſe, Auer. dixit, tale medium in demoſtrationibus ſimpliciter ab Alpharabio conſtitutum eſſe. ‖ eſſe uerò, & reliqua ‖ propoſito ſecundo dicto examinando, quod tertiam ſpeciem ab Alpharabio poſitam amplectebatur, iam tertium enarrat improbandum, quod primam Alpharabij ſpeciem continet, eſt autem prima ſpecies in qua medium eſt cauſa utriuſq; extremi, hāc examinādam proponens Auerroes inquit, eſſe uerò medium demoſtrationis (ſimpliciter intelligas) cauſam amborum extremorum ideſt maioris & minoris, ut uolebat Alpharabius in ſua prima ſpecie, non eſt negandam tanquàm impoſſibile, at nec eſt ponenda conditio hæc tanquàm eſſentialis & ut arbitrabatur Abunazar, quia hoc eſt quid accidēs illi .i. eſt quædā accidentalis & non eſſentialis conditio illi demoſtrationi largiēti cām et eē. Circa hæc duo notatu digna occurrūt, primū ꝙ ex tribus ſpe-

ciebus demoſtrationis ſimpliciter quas ponebat Alpharabius, ter tiam & primam abiciendam proponit, differenti tamen modo, nam tertia, ideſt eſſe cauſam minoris tantum, omnino tamq; impoſſibilis abicietur, prima uerò non improbabitur quia impoſſibilis, Sed eo quòd eſſe cauſam minoris ultra quòd ſit cauſa maioris non eſſentialis, ſed accidentalis differentia eſt, ideoq; huiuſcemodi demoſtrationes putare ab eis in quibus medium eſt cauſa maioris tantum ſpeciæ differre, ut Alpharabius uolebat, abſurdiſſimũ eſt. Secundum animaduertendum eſt quòd & ſi ſecunda Alpharabij ſpecies ab Auerroe concedatur, non tamen ob hoc dicere debemus ſecundum Alpharabij dictum eſſe iddem cum Auerrois ſententia, differunt ſiquidem primo, quia ab Alpharabio ſpeciesilla, ſcilicet eſſe tantum cauſam maioris, hac lege cõcedebatur, ꝙ cum hac alia ſpecies contra diſtinta in qua medium eſt cauſa minoris tantum, ab eo non negabatur, At Auerroes ſic uult eſſe cauſam maioris, quòd non poſſit eſſe cauſa minoris tantum: ſecundo uerò Alpharabius ita uolebat medium eſſe cauſam maioris tantum, ꝙ ſi eſſet utriuſq; cauſa, tunc illæ demoſtrationes eſſent diuerſæ ſpetiei, at Auer. ita uult eſſe cauſam maioris quòd omnes ſint eiuſdem ſpeciei, ſiue medium in eis maius tantũ, ſiue utrunq; cauſet extremum, & hæc de prima digreſſionis particula, iam ad ſecundam accedamus.

Ideoq; iniquum eſt, quòd putetur eſſe de conditionibus demoſtrationis ſimpliciter, quòd medius terminus ſit amborũ extremorũ cauſa, ſed eſt quædam res quæ accidit quibuſdam demoſtrationibus ſimpliciter.

Cũ i prima particula principali propria ſententia præmiſſã tria dicta inculcanda enarraſſet, iam in hac ſecunda (retrogrado tamen ordine) incipit ea labefactari, tertio ſiquidem loco ibi, prima Alpharabij ſpecies in qua medium eſt cauſa utriuſq; enumerabatur, hic uerò primo abicitur. At quæres quibus rationibus ſpecies hæc ab Auer. inculcatur? Quidam Iuniorum doctiſſimi aiunt, Auer. in hoc dictum huiuſcemodi conficere rationem: illa conditio eſt neceſſaria demoſtrationi ſimpliciter ſine qua illa eſſe non poteſt, ſed ſine hac conditione mediũ eſſe cauſam utriuſq; demoſtratio ſimpliciter eſſe poteſt, ergo conditio hæc non eſt neceſſaria ſed accidentalis ei, maior nota eſt, & habetur. 5. Metaphiſicæ. 6. minor probatur ab eo; nam ſi quæſitũ eſt conuertibile medium eſt cauſa utriuſq;, at ſi minus, tantum eſt cauſa maioris, exempli gratia omne rationale eſt riſibile omnis homo eſt rationalis, medium rationale, eſt cauſa utriuſq;, nam quæſitum eſt conuertibile, omnis enim homo eſt riſibilis & econuerſo: at ſi concludatur animal de homine per medium ſubſtantia animata ſenſibilis, medium eſt cauſa tantum maioris, quia quæſitum non eſt conuertibile, ſed in hoc eos laborare non eſt opus, quippe cum minorem Alpharabius concedit et Auerroes non negat: Secũdo arguit quod eſt neceſſarium alicui, ineſt omni, per ſe, & uniuerſaliter illi; at medium eſſe cauſam utriuſq; in demoſtratione ſimpliciter non ineſt omni per ſe & uniuerſaliter ei, ergo tale medium per accidens inerit illi, maior eſt Auer. primo huius. 28. & 29. minor etiam patet nam ut dictum in ſolis conuertibilibus illud accidit, non autem in omnibus: Tertio, fruſtra fit per plura quod

poteſt fieri per pauciora & æquè bene, primo phiſ. 50, ſed de-
moſtratio ſimpliciter poteſt fieri per mediũ cauſam maioris tan-
tum, æquè bene ac per mediũ cauſam utriuſq;, ergo fruſtra per
cauſam utriuſq;, hæc illi. Sed quantum concludant rationes hæ,
duobus aſſumptis patefiet, quorum unum eſt. Ariſtoteleam *re-*
gulam eſſe, primo huius. 37. quòd ſi quid omni per ſe, & uni-
uerſaliter ineſt alicui, illud tale non eſt neceſſum omni per ſe
& uniuerſaliter ineſſe ſuo ſuperiori, exemplum, riſibile omni,
per ſe, & uniuerſaliter ineſt homini, non tamen neceſſariũ eſt, ꝙ
omni, per ſe, & uniuerſaliter inſit animali, nam equo (& ſi
animal ſit) riſibile non ineſt: alterũ uerò eſt, ſuperius ex Auer*-*
roicis uerbis adnotatum eſſe, quòd Alpharabius *demoſtrationis*
ſimplicis tres agnoſcebat ſpecies, perfectione inter ſe differẽtes:
tunc pro Alpharabio *ad primam reſpondeo, quando accipitur illa*
maior illud eſt neceſſarium demoſtrationi ſimpliciter ſine quo
illa eſſe non poteſt: per demoſtrationem ſimpliciter aut intelli-
gũt in genere communi ad omnes tres ſpecies, aut pro prima de
quã ſermo fit, ſi dicent pro prima ſpecie, negamus minorem, quia
nulla in hac ſpetie conſtituta poteſt eſſe quæ non habeat medium
cauſam utriuſq;, nam ſi maioris tantum habent quædam medium
cauſam, illæ ſunt ſecundæ ſpeciei: At ſi inquient quòd intelli-
gunt in genere, concedatur ei tota ratio, quòd ſicut rationale per
accidens ineſt animali ſic etiam habere mediũ cauſam utriuſq;
per accidens ineſt demoſtrationi ſimpliciter in genere, at ſicut ra
tionale & ſi per accidens inſit animali, nihilominus differentia
ſpecifica & eſſentialis eſt hominis, ſic eſſe cauſum utriuſq; ex-

tremi

tremi & ſi per accidens inſit demoſtrationi ſimpliciter in genere, nihilominus eſſentialis differentia eſt primæ ſpeciei: Secunda eodem modo ſoluatur, Ad tertiam negaret Alpharabius minorem, uel quia dum habent medium cauſam maioris tantum, & ſi ſiant non æquæ bene tamen, quia minus perfectè, uel quia & ſi dum moſtrãtur accidentia non fluentia ex principis ſubiecti, medium ſit cauſa maioris tantum, tamen dum ex intrinſeco fluunt neceſſario per utriuſq; cauſam demoſtrantur, ideo dico ꝙ Auerroes tali medio arguit, conditio accidentalis demoſtrationis ſimpliciter non eſt eidem eſſentialis & neceſſaria, at habere mediũ cauſam minoris cum hoc quòd eſt cauſa maioris, eſt conditio accidentalis ei, ergo conditio hæc non eſt ponenda eſſentialis demoſtrationi ſimpliciter, Huius rationis Auer. corelarie ponit concluſionem, dixerat nempe in calce præcedentis particulæ medium eſſe cauſam utriuſq;, eſſe accidens illi, hoc ſubintelligens loco minoris, infert, ergo non eſt uerum quòd putetur hanc conditionem.ſ. eſſe cauſam utriuſq;, eſſe de conditionibus (eſſentialibus intellige) demoſtrationis ſimpliciter ut uolebat Alph. ſed eſt tantum quid.i. conditio quædam, accidentalis: tota difficultas eſt in probanda minori, ꝙ illa .ſ. ſit conditio accidẽtalis, quam tali modo probo, conditio addita alicui alteratum faciens & non aliud, eſt accidentalis, at hæc eſt huiuſmodi, ergo, maiorem declarat in prædicabilibus cap. de differẽtia Porphirius, qui patria i. Tyria lingua Malcus. i. Rex appellabatur, ut ipſemet teſtis eſt in eo libello quẽ de Plotini præceptoris uita conſcripſit. Minorem declaramus, operatio proueniẽs ex demoſtratione ſimpliciter con-

ſtituta ex medio cauſa maioris tantum, non eſt alia ſed eadem cũ operatione proueniente ex demoſtratione ſimpliciter confecta ex medio quòd eſt cauſa maioris & cum hoc cauſa minoris, ergo demoſtratio ſimpliciter conſtituta ex medio cauſa maioris tã tum, non eſt alia a demoſtratione conſtituta ex medio cauſa utriuſq;, conſequentia patet, nam operatio arguit formam tertio Cœli ultimo, duodecimo Metaphiſicæ decimo quarto, & in ſexta dubitatione in ſolutione dubij ſexti, Antecedens probatur, nam utriuſq; eſt abſoluere duo quæſita naturaliter ignota, ſi itaq; demoſtratio confecta ex medio cauſa maioris cum hoc quòd eſt cauſa minoris non eſt alia à demoſtratione conſtituta ex medio cauſa maioris tantum, ergo eſſe cauſam minoris cum hoc quòd eſt cauſa maioris eſt accidentalis cõditio, quod eſt intentũ: Sed dicet quis pro Alpharabio, operatio duplex, generis, ex ſpeciei, arguere ex idemptitate operationis genericæ ad idemptitatem ſpecificam non licet, ſed oportet arguere ex operatione ſpecifica, exemplum, operatio animalis eſt ſenſibilitas, hominis riſibilitas, et equi innibilitas, ſenſibilitas operatio ẽ eadẽ hominis et equi, ergo homo et equus ſunt idem ſpecie, non ualet, quia arguitur ex operatione generis, at bene ualet innibilitas eſt aliud à riſibilitate ergo homo & equus ſpecie differunt, quòd ſi eſſet iddem innibile & riſibile, ergo etiam homo & equus, ſimiliter datur operatio demoſtrationis ſimpliciter genericæ quæ eſt abſoluere duo quæſita, datur etiam & alia operatio ſingulis ſpeciebus propria, ut puta demoſtrationis habentis medium cauſam utriuſq; eſt una, at habentis medium cauſam maioris tantum eſt

alia, Quando itaq; arguitur ex hac operatione, abſoluere duo quæſita, ad idemptitatem ſpecificam diceret ille non ualet, quia arguitur ex operatione generis ad operationem ſpecierum, at ſi arguatur ex operationibus proprijs cum illæ non ſint eedem ſed aliæ, & ſpecies etiam erunt aliæ: Ad hanc obiectionem faz cilis eſt reſponſio, inueniant operationes proprias ſpecie differentes in his demoſtrationibus, & concedemus eis, ſed profecto non inuenient aliam ab hac quæ eſt abſoluere duo quæſita, at cum hæc operatio procedat à demoſtratione habente medium cauſam moioris tantum, & cauſam maioris & minoris & ab eis alia ſpecie diſtinta non procedat, ideo indubiè tenemus rationem noſtram concludere, nam ſi aliqualis differentia reperitur inter operationes utriuſq; illa ab extrinſeco erit, ut puta quòd demoſtratio quæ procedit ex medio cã utriuſq; abſoluat duo quæſita accidentium fluentium ex ſubiectis, & quæ procedit ex medio tantum cauſa maioris abſoluat duo quæſita in accidentibus extrinſecis, nã ſicut eadem eſt operatio ignis ſuper ligna è terra euulſa, et terræ ĩfixa, ſic eadẽ eſt operatio utriuſq; illius, licet ea ſuper quæ fit operatio ſint diuerſa. Quæres, eſto quòd eſſe ex medio cauſa utriusq; ſit accidentale, nihilominus quomodo ſcitur quando eſt cauſa maioris & minoris, et quando maioris tantum? Reſpondent iuniores ꝙ hoc pacto, ſi quæſitum eſt conuertibile tunc mediũ eſt cã utriuſq;, at ſi minus tunc eſt cã maioris tãtũ. Verũ ne amarulentam quæſtionẽ agrediamur quæ inter Themiſtij ſequaces & Linconienſem fieri ſolet, an detur demoſtratio potiſſima ex terminis diſparibus condonetur ei (& ſi ualde ſit

Ambiguum) ex talibus conſtitui poſſe, tamen audiant Auer. in Epitoma logico capite de demoſtratione in prima ſpetie ſextæ partis protulẽtem hæc uerba, dum diffinitio ipſius, a, eſt, b, & , b, eſt genus ipſius, c, uerbi gretia omnis homo eſt nutribile ſenſitiuum, & omne nutribile ſenſitiuum eſt animal, hæc demoſtratio ſimpliciter eſt eius ſpeciei in qua medius terminus eſt cauſa duarum extremitatum. Quomodo itaq; quæſito non exiſtente conuertibile (ideſt dum genus per propriam diffinitionem concluditur de ſpecie ut ipſimet ſe declarant) medius terminus eſt cauſa maioris ſolum? ideo dicamus cum accidens demoſtratione ſimpliciter concludendum ſit duplex teſte Ioanne Philopono in ſecundo com. ſecundi poſterium, intrinſecum, ut riſibile homini, & extraneũ ut Eclipſis lunæ, ꝙ ſi accidẽs concludendũ eſt intrinſecum, cum tale fluat à principijs ſubiecti demoſtrabitur per medium cauſam eius, quod medium eſt principium ſubiecti, & ideo in talibus medium utriuſq; cauſa eſt, at ſi accidens extrinſecum eſt, ac à ſubiecti principijs minime fluit, tunc per cauſam ſuã demoſtrabitur quæ ſubiecti principium non eſt, ideoq; in talibus medium cauſa maioris eſt ſolum, ut patet de Eclypſi lunari quæ demoſtratur per interpoſitionem terræ, terræ autem interpoſitio, lunæ cauſa minimè exiſtit. Hac etiam in materia aliud eſt pulchrum notandum quòd dum medium eſt cauſa utriuſq;, maior propoſitio eſt in ſecundo modo dicendi per ſe, minor uerò in primo, & hoc expreſſit Auer. primo huius. 56. dum dixit, manifeſtum itaq; ꝙ prædicatio maioris de ipſo (.ſ. medio) ſit ei eſſentialis, quia ſumitur (ipſum medium ſcilicet) in illius ex (maio

ris gloſu) diffinitione: iam autem dictum eſt (primo huius. 31.) ꝙ una (.i. ſecunda) ſpecierum illius quod eſt per ſe ſit ſubiectum ſumi in diffinitione prædicati, ſimiliter etiam illius (medij) prædicatio de minori eſt per ſe, quoniã autem cum hoc quòd ſit cauſa maioris extremi, eſt cauſa minoris, & ſic ſit eius prædicatio de minori ſpecies per ſe, qua prædicatum ſumitur in diffinitione ſubiecti (.i. prima, ut patet ſupra in textu. 30.) At dum medium eſt cauſa maioris ſolum, tunc utraq; propoſitio eſt in ſecundo modo dicendi per ſe, ut in eodem. 56. exprimit inquiens, aut non eſt cauſa minoris, & oportet neceſſariò ꝙ (minus extremum. ſ.) ſumatur in eius (medij) diffinitione, & ſit eius (medij) prædicatio, de minori illius generis (per ſe) cuius eſt prædicatio maioris de eo: àt maior prædicatur in ſecundo, ergo etiã & minor. Sed quæres, quæ eſt cauſa horũ dictorum? Reſponſionẽ aſſignemus ex noſtro duce ſecundo de anima. 67. propoſitiones primi modi dicẽdi per ſe habẽt prædicata quæ ſunt cauſæ ſubiectorum, nam primo huius. 30. aut eſt genus, aut differentia, aut tota diffinitio, at propoſitiones ſecundi modi habent ſubiecta cauſas prædicatorum, nam primo huius. 31. ſubiecta talia ponũtur in diffinitione prædicatorum, quando ergo mediũ eſt cauſa maioris & minoris, cum reſpectu maioris ſit ſubiectum merito ex eo & maiori fiet maior in ſecundo modo, quia ſubiectum eſt cauſa, at cum reſpectu minoris ſit prædicatum, merito ex eo & minori fiet in primo modo, quia prædicatum eſt cauſa: Dum uerò medius terminus eſt cauſa ſolum maioris, erit cauſatus à minori, & cum ſit ſubiectum reſpectu maioris merito ex eo & maiori

ſiet propoſitio in ſecundo modo, quia ſubiectum eſt cauſa, & cũ reſpectu minoris ſit prædicatum cauſatum merito ex eo & minori fiet etiam propoſitio in ſecundo mõ, nã ſubiectũ eſt cauſa.

Et iccirco non conuenit partiri demoſtrationem in has partes, adeo quòd demoſtrationes ſimpliciter ſint quarum medius terminus eſt cauſa alterius extremorum, uel amborum, illum enim eſſe amborum ſit per accidens.

Excludebat ſuperius primum Alpharabij dictum, eo quòd conditionem accidentalẽ faciebat eſſentialem, iã uerò ex dictis corelarie inuehitur in eundem per talem conditionem accidentalem demoſtrationem ſimpliciter in ſpecies ſecantem: pro quibus intelligendis notandum eſt primo, ꝙ referente diuino Ioanne Damaſceno in ſua logica paulò poſt principiũ & Ammonio in præfatione prædicabilium, Diuiſio, Cõdiuiſio, & Subdiuiſio differũt, Diuiſio ſiquidem eſt per primam rei agreſſionem ſectio, Condiuiſio uerò eſt per ſecundã rei agreſſionẽ partitio, adeo ꝙ diuiſio & condiuiſio ſolo ordine differunt, nam ſectio quæ primo ſit, diuiſio nuncupatur, quæ uerò ſecundo condiuiſio, ut animal poteſt diuidi per rõnale & irrõnale, mortale et ĩmortale, ſi primo agreſſu ſecetur per rõnale & irrõnale, ſecundo uerò per mortale & immortale, prima ſectio diuiſio uocatur, ſecunda uerò condiuiſio & hæ ſolo ordine differunt, nam ſi animal primo ſecabitur ab aliquo per mortale & immortale, ſecundo uerò per rationale & irrationale, iam diuiſio eſt quæ ibi erat condiuiſio & econuerſo, ex quibus in Ammonio latino unum adnotare libet: Diui

ſio & condiuiſio, loco citato ſic exprimũtur, Diuiſio eſt per primam rei notionem ſectio, condiuiſio eſt per ſecundam rei notionẽ ſectio, in utraq; loco particulæ notionem, ponatur agreſſionem, nã ſi notionem legamus, haud omnino eſt ĩ intelligibile, haud ſaltim ipſi Ammonio & Ioanni Damaſceno repugnabimus, qui uolũt has ſolo ordine differre, adeo ꝙ mutato loco una obtinebit nomẽ alterius. Deceptus autem fuit bonus Raſarius interpres ex uocis ἐπιβολή multiplicitate apud Græcos modo agreſſionem, modo conceptionem ſeu notionem ſignificantis: Subdiuiſio uerò eſt diuiſæ rei partis ſeu ſpeciei ſectio. Secundo notandum eſt teſte Seuerino Boetho in libello de diuiſione, quòd diuiſio duplex per ſe, & per accidens, ſecunda ſiue ſit ſubiecti in accidentia, ſiue accidentis in ſubiecta, ſiue accidentis in accidẽtia, cũ ad propoſitum non faciat ommictatur, prima uerò adhuc ut ibidem dicitur eſt triplex, generis in ſpecies, uocis æquiuocæ in æquiuocata, & totius in partes, quam etiam diuiſionem habemus ex noſtro Ammonio in prædicabilibus capite de ſpecie, in prædicamentis capite de ſubſtãtia, & in expõne primi textus libelli perihermenias: ex his ſecũda et tertia, cũ propoſito nõ faciant ommictãtur. Quæres hæc tertia diuidens genus, in ſpecies an differentias diuidit? dubiũ ſiquidẽ oritur, nã Ammonius Porphirij præfationẽ explanans in differentias & nõ in ſpecies hanc diuiſionem tendere declarat his uerbis, Diuiſionis propoſitũ genus rectè in proprias differentias diuidere opus eſt, diſtinguens autem hoc modo, animal in rationale & rationis expers, mortale & immortale: ſed non ſic, animal aliud homo aliud equus eſt, illos enim ſic

dicentes coquis male fruſtra ſecantibus, & obſonia non mēbratim diſtinguentibus, hoc eſt in peritis rudibuſq; hominibus ſimiles eſſe diuinus appellauit Plato, at Seuerinus Boethus & ipſemet Ammonius, locis citatis oppoſitum confitentur, dum huiuſcemodi diuiſionem generis in ſpecies & non in differentias uocant: Reſpondet Seuerinus loco citato, ꝙ omnis diuiſio fieri debet in ſpecies, nulla uerò per ſe in differentias, niſi ſpecies illæ eſſent ignotæ, exempli gratia. Cum animalis duæ primæ ſpecies ſint ignotæ at differentiæ notæ ſint ut puta rationale & irrationale hinc in has differentias eius diuiſio fit, at ſi primæ ſpecies notæ eſſent, tunc in eas animal diuideretur: tunc ad Ammonium & Platonem diceremus ꝙ uerum inquiunt genus non eſſe diuidendum per infimas & mediatas ſpecies, ut aĩal per hominem equū & bouem, quia aut multæ aufugerent, aut longè difficillimè & abſq; arte aliqua ille inuenirentur, non tamē ob hoc genus in ſuas primas & in mediatas ſpecies diuidi negant. Quòd ſi alicui hæc non placet reſponſio, iam ſecundam accipiat. Dicimus aliud eſſe in quæ, aliud uerò per quæ genus diuiditur, generis ſiquidem diuiſio omnis tanq; ad ſcopum ad ſpecies terminatur, unde non in merito huiuſmodi diuiſio generis in ſpecies nominatur, cum ex fine denominationem ſumi, teſtetur Auerroes primo Cæli. 38. licet autem in ſpecies huiuſmodi diuiſio tendat, hoc tamen fieri commodè minimè poteſt, ni genus per differentias diuidatur, & hoc forſan expreſſit Porphirius capite ex intento, dum dixit, per has differentias diuiſionem fieri generis in ſpecies: uocatur itaq; ab Ammonio diuiſio generis in ſpecies non, quia ſpecies diuidant

genus,

genus, ſed quia huiuſmodi diuiſio ad ſpecierum inuentionem ten dit, negat tamē una cum diuino Platone per ſpecies genus diuidi, quæ minimè contradicūt, his autem prælibatis ad Auer. uerba explicanda accedamus. Alpharabius ut ſupra declarauimus putabat demoſtrationem ſimpliciter eſſe genus & eam diuidi in ſuas ſpecies tali pacto, demoſtratio ſimpliciter quædā habet medium cauſam utriuſq;, quædam uerò alterius, quæ habet medium cauſam utriuſq; eſt prima ſpecies, ſi uerò habet medium cām alterius ſubdiuidebat, quia uel maioris tantum & ſic erat ſecunda ſpecies, uel minoris ſolum, & ſic erat tertia, inuehitur in huiuſcemodi diuiſionem & ſubdiuiſionem Auer. diuiſio generis in ſpecies eſt diuiſio per differentias ſpecificas & non accidētales, ſed hæc non eſt per ſpecificas ſed accidentales, ergo mala diuiſio generis in ſpecies, maior eſt Porph. in capite de ſpecie & differentia, minor ſupra eſt probata, quòd. ſ. eſſe ex medio cauſa maioris ſolum, uel utriuſq; eſt quid accidentale, q̄ ſi mala ſit diuiſio per has duas conditiones quia accidētaliter inſunt demoſtrationi ſimpliciter, nonne peius eſt eam diuidere per aliam differentiam. ſ. eſſe tantum cauſam minoris, cum hæc nullo modo ei competat? huius rationis, corelarie Auer. primo ponit concluſionem dicens, & iccirco non conuenit partiri demoſtrationem ſimpliciter ī has partes, quæ autem ſit illa partitio, declarat dicens, adeo q̄ demoſtrationes ſimpliciter ſint, quarum medius terminus eſt cauſa alterius extremorum (. i. aut maioris tantum aut minoris,) uel amborum: Deinde ponit minorem inquiens illum. n. mediū eſſe cauſam amborum eſt per accidens, clarius autem minor hæc à Iaco

bo Mantino exprimitur hoc modo, illum enim eſſe cauſam am-
borum, accidit nonnullis demoſtrationibus abſolutis, maior uerò
tanq; nota derelinquitur: Dices, per partiri quid intelligemus,
diuidere, an ſubdiuidere? Dico quòd utrumq; intelligere poſſu-
mus, nam ſi reſpiciamus demoſtrationem in genere, ſub diuiſio
nuncupabitur, at ſi reſpectu demoſtrationis ſimpliciter iſtec con
ſideretur partitio, diuiſio rectè dicetur: Quæres quid intelligit
per partes? Reſpondeo quòd ſpecies, hæ etenim reſpectu gene-
ris, et ſi quòad cõſtitutionẽ totum ſint ut declarat Porphirius in
capite de differentia, nihilominus quòad prædicationem partes e-
runt, ut idem in calce capitis de ſpecie teſtatur.

*Illum autem eſſe ſolum cauſam minoris, non occurrit omnino, ni-
ſi ab eo quòd eſt ipſum eſſe ſequatur maius ineſſe minori, in
quantum eſt cauſa illius, id eſt maioris, huius enim non eſt de-
moſtratio ſimpliciter.*

Examinato primo Alpharabij dicto quòd ultimo id eſt tertio loco
proponebatur, iam retrogradum ordinem ſeruans ad id examinã
dum accedit, quòd ſecundo loco narratum fuit, hoc autem eſt ter-
tia Alpharabij ſpecies quæ medium cauſam minoris tantum ha-
bet: Et ſi primo dicto quodã mõ .i. per accidens Auerroes (ut ſu
pra diximus) aſſẽtiebatur, hoc tamen tertium omnino negat inqui
ens, illum autem medium terminum eſſe ſolum cauſam minoris,
nõ occurrit omnino, id eſt neq; per ſe eſſentialiter in una ſpecie ut
uolebat Alpharabius, neq; per accidens, ut in primo dicto occur-
rebat: hoc autem in ſimplici demoſtratione affirmatiua intelli-

gendum eſt, de hac etenim ſermo eſt, nam in euidentiæ demoſtratione quomodo hoc poſſibile ſit ſupra declarauimus: { niſi ab eo etc. } inquiunt iuniores hic Auerroem ponere modum quo Alpharabius ſaluari poſſet, hoc modo, dictum eſt medium non eſſe cauſam minoris tantũ, niſi uelit Alpharabius hac lege eſſe cauſam minoris, ut ſit cauſatus a maiori et ſit cauſa maioris ut inſit minori cõuertaturq; cũ ipſo maiori, ut ſic etenim non negat (inquiunt) Auerroes eſſe ſolum cauſam minoris, ſed ſentit iddem quòd et Alpharabius, nam cum maior conuertatur, medius potius dicetur cauſa maioris q̃ minoris, aſſignant exemplũ, omne riſibile eſt homo, omnis homo eſt rationalis, medium in hac demoſtratione eſt homo qui eſt ſolum cauſa minoris, cauſatus a maiori cum quo conuertitur, & cauſa ut maior inſit minori, hæc demoſtratio (inquiunt) ſimpliciter habet mediũ cauſam minoris tantũ, nam ſi conuertitur maior, medium erit cauſa maioris, ut omne rationale eſt homo, omne riſibile eſt rationale, ideoq; ſi hũc ſenſum habuit Alpharabius, ab eo Auerroẽ non diſſentire arbitrantur, Sed quibus ex uerbis iſtæc iſti doctiſſimi uiri eliciant nõ uideo, ſed hoc ferendum forſan eſſet niſi hanc expoſitionẽ grauior ſequeretur error, concedunt ſiquidem has minores, riſibile eſt hõ, riſibile eſt rõnale, et hæc eadem quæſita demoſtrationem ſimpliciter ingredi, cùm etenim in talibus ſit prædicatio præter naturã, ut teſtatur Auer. primo huius 137. 142. 148. & in Epitoma cap. de demoſtratione & Them. pri. huius capite. 36. nõ eſt dubium profectò q ſimpliciter demoſtrationem non ingrediantur, ſexta enim conditio demoſtrationum ſimpliciter eſt, teſte Auer.

in Epitoma logico cap. de demoſtratione ut predicatio ſit ſecundum curſum naturæ, quinimmo innaturalis prædicatio ne prædicationis quidem nomen meretur, authore Themiſtio primo poſteriorũ capite trigeſimo ſexto, qui locus maximũ laborẽ affert aſſerẽtibus indiuiduum prædicari poſſe: ideo horum expoſitionẽ ommittentes dicamus, ꝙ Auer. intendit reſpondere tacitæ obiectioni, dixerat ſiquidem ꝙ medium eſſe cauſam tantum minoris non occurrit omnino, obiceret aliquis cõtra, nam in hac, rationale eſt animal, homo eſt rationalis, medium eſt cauſa, ut maior inſit minori, & eſt cauſa quò ad eſſe ſolius minoris; huic ſatisfaciens Auer. inquit, licet in quibuſdam reperiatur medium cauſa ut maior inſit minori, & ſolum cauſa quò ad eſſe minoris, tamen nõ eſt demoſtratio ſimpliciter, niſi ſit cauſa ut maior inſit minori, quatenus eſt cauſa maioris .i. ſi cum hoc quòd eſt cauſa minoris, non eſt etiam cauſa maioris: non eſt demoſtratio ſimpliciter, hunc ſenſum habere Auer. Buranæ tranſlatio clariſſimè oſtendit, an uerò hunc eundem ex obſcuriſſimis Abrahami uerbis elicere poſſimus, inquiramus: Medium, eſſe cauſam minoris ſolum non occurrit omnino, niſi (enim, addas) ab eo quòd eſt ipſum (minus) eſſe .i. niſi enim ex eſſe minoris, ſequatur maius ineſſe minori, in quantum eſt medium cauſa maioris, huius certè non eſt demoſtratio ſimpliciter, hoc etiã inferius latius explicat dum inquit, quando uerò caperetur in quantum eſt cauſa quòd ad eſſe minoris ſequeretur eſſe maioris, ex parte qua ipſum eſt cauſa maioris remoueretur hoc ſophiſma: patet itaq; ſententiam Auerrois eſſe, ꝙ nõ negat medium eſſe cauſam minoris, ſed uult quòd dum eſt

cauſa minoris eſt etiam cauſa maioris, ex quo liquet dictum ipſius in ſecũdo huius.15.& 21.quo modo intelligi debet, nã eſto quod ibi aſſerat mediũ eſſe cauſam minoris, cũ hoc tñ debet eſſe cauſa maioris, quod in demoſtratione accidentium intrinſecorum fieri ſupra declarauimus, ſed obiciet quis ex dicto ipſius Auer. *in Epitoma capite de demoſtratione aſſerentis, ꝙ dum diffinitio cõmoſtratur per diffinitionem fit dupliciter, uno quidẽ modo dũ medium eſt cauſa utriuſq;, alio uerò dum eſt cauſa minoris ſolũ, & tamen ibi de demoſtratione ſimpliciter fit ſermo?* Reſpondeo *ꝙ ibi ceperat numerare demoſtrationes ſimpliciter ſecundũ ordinem* Alph. *ut ipſemet ibi fatetur, & primo ponit primã ſpeciem quæ concludit diffinitionem ſubiecti, per aliam diffinitionẽ, deinde ponit improbationem quorũdam arguentium,* Dum *diffinitio prædicatur de diffinitione eſt prædicatio per accidens uelut dũ una paſſio prædicatur de alia, ergo talis ſpecies non eſt demoſtratio ſimpliciter.* Reſpondet Auer. *partim ſaluans* Alpharab. *ꝙ dum ſunt duæ diffinitiones æquè primæ, tunc eſt uerum ꝙ ſi una prædicatur de alia eſt prædicatio per accidens, at ſi una eſt prior alia, poſterior poteſt monſtrari per priorẽ, his declaratis ſubdiuidit hanc primã ſpeciẽ poſitam ab* Alphar. *ꝙ quædam eſt in qua medius eſt cauſa utriuſq;, & eſt dũ diffinitio quæ eſt medium eſt prior, quia ne dum cauſat diffinitum, uerum etiam aliquo modo et diffinitionem quæ eſt prædicatum, alia uerò ſpecies eſt dum eſt medium ſolum cauſa minoris, hæc eſt dũ diffinitio poſita in medio nõ eſt prior diffinitione poſita in maiori extremo et ideo ſolum cauſat ſubiectum, uerum ut ſupra dixerat hæc habet*

propoſitionē maiorē per accidens et ideo nō eſt demoſtratio ſimpliciter, non itēq; ergo hoc modo intelligendo concedit ſimplicem habere medium cauſam minoris tantum: Dices, Auer. examinans hoc Alphar. dictum nullam aduxit rationem; ſed tantū negauit illud, cur hoc fecit? Reſpondeo quia hoc iddē eſt cū ſecūda ſpecie Auic. quā in calce digreſſionis infringet, ideo hic nullā appoſuit rationem, illa ſiquidem ratio quæ contra Auic. aducetur et cōtra Alphar. militabit, cum ſolis uerbis (ut diximus) differāt.

Sophiſticus uerò locus fit hic, ſi prædicetur hinc. i. ex eo ꝙ medius terminus ſit cauſa damoſtrationum ſimpliciter, nō ſecūdū quid, ſi ū. n. abſolutè caperetur hæc oratio poſſet tripliciter cōcipi, quādo uerò caperetur in q;tū eſt cauſa ꝙ ad eſſe minoris ſequeretur eſſe maioris ex parte qua ipſum eſt cauſa maioris, remoueretur hoc ſophiſma.

Inquiunt Iuniores ꝙ Alpharabius aſſerabat medium demoſtrationis utriuſq; extremi cauſam eſſe poſſe, in hoc dictum uolunt iā Auer. inuehi, tali pacto, hoc dictū eſt æquiuocū, æquocū āt ab arte remouendū, ergo & iſtud dictum, probat iuxta hos Auer. minorem, nam ſic abſolutè intelligendo, poteſt tripliciter uariari, nā uel eſt cauſa utriuſq; ſimul, aut diuiſim: & tunc aut maioris tantum, aut ſolum minoris, & ſic tale dictum amplecteretur mediū demoſtrationum ſimpliciter, ut puta dum eſt cauſa maioris tantū, aut utriuſq; ſimul, amplecteretur etiam medium demoſtrationis ſecundum qd. i. accidētalis ut puta dum eſt cauſa minoris tantum. Sed profectò hæc non uidentur undiq; tuta, tum quia conceſſo dictum illud eſſe æquiuocum nullam tamen Alpharabius in æqui-

uocationem lapſus eſt cum eo diſtinctè uſus ſit, diſtinguebat ſi quidem in ſua tria ſignificata, ut teſtatur Auer. *in quæſito ſecũdo, et in* Epitoma *cap. de demoſtratione, tum quia iſti exponentes uerbum (ſecũdũ quid illud) affirmatiuè exponunt, cũ tamen negatiuè ab* Auer *ſit prolatum. Ob hoc, hac expoſitione derelicta dicimus, ꝙ declarato mediũ eſſe cauſam maioris neceſſario, utriuſq; per accidens, minoris tantum non occurrere omnino, optimi expoſitoris more, ex dictis obiter uerã textus expoſitionem aſſignat,* Dicebat Ariſt. *propoſitiones oportere eſſe cauſam, Debet exponi. i. ipſarum medius terminus debet eſſe cauſa ut maior inſit minori quatenus eſt cauſa maioris, & non debet exponi, propoſitiones ſunt cauſa. i. medius terminus eſt cauſa, abſolutè, quia in hoc ſermone ſic abſolutè prolato ineſt ſophiſticatio, cum poſſit concipi tripliciter, medium ſiquidem eſſe cauſam, poteſt intelligi aut utriuſq;, aut maioris tantum, aut minoris ſolum, ex quibus primus demoſtrationi ſimpliciter nõ neceſſariò ineſt, ſecundus accidẽtaliter, tertius uerò nullo mõ, hunc ſenſum facillimè ex* Auer. *uerbis extrahemus, ſi prius dictionis ſimpliciter multiplex acceptio explicetur: Dictio hæc (ut ommictã quandoq; idẽ ꝙ perperam ſignificare ut teſtatur* Ammon. *in principio capitis de genere) multoties, iddem ꝙ uniuerſaliter, aliquando uerò idẽ quod uno modo, nonnunq; uerò idẽ quod propriè ſignificat, teſte* Ammonio *loco ſuperius citato, & in ante prædicamẽtis, in calce expõnis eius cap. quod ĩcipit, eorũ quæ ſunt: primo mõ ſumitur apud* Ari. *ĩ añ prædicamẽtis loco citato dũ ĩqt, indiuidua ſimpliciter. i. uniuerſaliter de nullo prædicari, eodẽ etiã mõ ſumitur apud eũdẽ*

& Auer.primo phiſicorũ.61. ſecũdo uerò modo ſumitur apud Porph.in principio cap.de genere dũ dicitur,neq; genus,neq; ſpeciem ſimpliciter.i.uno modo dici: tertio uerò modo ſumitur apud Ariſt.primo poſteriorũ.3.&.7.primo phiſicorũ.62.& primo de generatione.17.præter hos tres modos,addo & quartũ,ſimpliciter quandoq; illud iddem ſignificat quod abſolutè, abſq; aliqua conditione,exemplũ,ſi dicam homo albus, eſt quid prolatum ſecundũ quid,quia cũ cõditione,at ſi dicatur hõ, eſt prolatio ſimpliciter & non ſecundum quid,hoc modo utitur Porphirius in capite de differedtia dum inquit,differẽtias proprijſſimæ dictas dici ſpecificas,at quæ ſunt cõmuniter & propriæ nõ ſpecificæ ſed ſimpliciter appellantur .i. non merentur hanc conditionem quod dicãtur ſpecificæ, ſed dicũtur differentiæ ſimpliciter.i. abſolutè ſine illa conditione: his ſtantibus legamus uerba: Hic.i.in huius loci expoſitione fit locus ſophiſticus .i. erroris & deceptionis ſi prædicetur.i.prædicatum fiat ſeu cõſtituatur hinc.i. ex eo dicto (quod declarans ſubdit) quod medius terminus demõſtrationũ abſolutarum ſit cauſa, ſimpliciter .i. abſolutè nullam adhibendo contractionem,adeo quòd dictio ſimpliciter in.4.ſignificato accipiatur hic. Et non ſecundum quid.i. & non cũ conditione multiplicitatem illam contrahẽte.i.ſi dum exponitur propoſitiones ſunt cauſæ; per hanc propoſitionem.i.habent medium terminũ qui eſt cauſa,ſic abſoluiè & non cũ contractione aliqua accipiendo prædicatum cauſa, fit locus orroris l dum enim ſic abſolutè l Quæreret aliquis, quomodo dum ſimpliciter caperetur, fit locus erroris, & dum ſecundũ quid minimè? Reſpondet Auer.utrunq; de

clarans

clarans. Dũ.n.hæc oratio quæ eſt (mediũ debet eſſe cauſa, caperetur abſolutè poſſet tripliciter cõcipi.i.aut utriuſq;, aut maioris tãtũ, aut ſolũ minoris, at ſi caperetur nõ abſolutè, ſed ſecũdũ q̃d.i. cũ hac cõditione medium eſt cauſa, nõ abſolutè, ſed cauſa ꝙ ad eẽ minoris, ſequatur eẽ maioris.i.cauſa ut maior inſit minori ex parte qua ipſum mediũ eſt cauſa ſecũdũ ſe maioris, remoueretur hoc ſophiſma, qa nõ amplius poſſet tripliciter cõcipi. Illud aũt ſilentio prætereũdũ eſſe nõ puto, ꝙ ſi uerbũ, prædicetur, nõ ſic ut Abrahamus tranſtulit, ſed, quod prædictũ eſt, ut Burana, uel, id quod paulò ante diximus, ut Mantinus transfert, legatur, uerba ſunt aliò dirigẽda, ꝙ.ſ.cũ Alphar. errorẽ declaraſſet iã uelit deceptionis cauſam oſtẽdere et huic ſenſui uerba eſſent accomodãda, quod à ſagaci facillimè fiet. Quæret aliquis, cũ ſpecies ſophiſticationis ſint, tredecim teſte Ariſt. primo Elenc. cap.17.&.28. iuxta diuiſionẽ Alex. ſex.ſ.in dictione ſeptẽ uerò extra dictionẽ ſub qua ſpecie locus iſte reducetur? Reſpondeo, ꝙ ſub ſpẽ amphibologiæ ut colligitur ex Ariſt.2 Top.ex.11.textu & infra, et ex primo Elenc.ex.17.cap.et ĩfra iuxta Alex. quoties aliqua oratio tota et nõ rõne partiũ multiplex eſt, exemplũ cõuenientiſſimũ ad aures Alex.2.Top.com.15.& Theophraſti in loco de his quæ multipliciter dicũtur, ſcire oẽm triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis, eſt oratio multiplex qa dupliciter intelligi põt uno mõ in uniuerſali, alio uerò mõ in ſingularibus, unde adeuntes geometras & interrogãtes ſcis ne omne triangulũ habere tres æquales duobus? Affirmantibus oſtendebant triangulũ quod neſciebant eſſe, quare cõcludebãt, nec etiã habere tres æquales duobus: iſti tales peccabant per amphibologiã, quia geometre reſpondes

bant ſe ſcire in uno ſenſu.i.in uniuerſali, at ab eis ad ſingularia traducebatur oratio. Dico itaq; ꝙ cũ hæc oratio, medius eſt cauſa, poſſit tripliciter cõcipi non ratione partiũ, ſed totius, ꝙ ſub amphibologia locus iſte ſophiſticus eſt reducẽdus, uelut etiã & exẽplũ ſuperius aſſignatũ, ex quo obiter etiã iuxta Theoph. & Alex. quinti & ſexti cõtextus huius primi declaratio patet.

Hinc etiã mõſtratur peccatũ illius quod ait Auic. ille.n. putat talẽ eſſe quãdã rẽ cõmunẽ, ex quo accidit mediũ terminũ eſſe cãũ ab extremo maiori, cũ medius ſit cã ineſſendi illũ ipſi minori.

Examinato quod ultimo.i.tertio, & quod ſecundo loco præponebatur, quæ duo Alph. dicta fuere, iam ad id quod primo fuit enarratum ſe cõuertit, fuit autẽ illud prima ſpecies poſita ab Auicenna, uerũ ut clarior eius improbatio ſit, & doctrina cõpletior habeatur ne dũ ſolam præpoſitã ſpeciẽ, ſed diſtintè totã opinionem Auic. ſcrutatur, inquit ergo, hinc.i. ex dictis moſtratur peccatum, ideſt error illius dicti quod ait Auic. ex dictis inquit, quæ contra Alph. prolata ſunt, nã ſicut ultima Alph. ſpecies reiciebatur tãq; ĩpoſſibilis, ſic ẽt & Auic. dictũ, cũ ab eo (ut ſupra fuit uiſum) nõ diſtinguatur: peccatũ trãſlatitio nomine uocat errorẽ, nã ſicut bonorũ morũ trãſgreſſio peccatũ uocatur, ſic ẽt error, ueritatis trãſgreſſio, nec miretur qs Auer. (ſi modo ſuũ & nõ trãſlatoris eſt nomen) tranſlatitio nomine uti, nam talibus philoſophi ſæpe ſæpius utuntur, quod ex quã plurimis & logicis, & philoſophicis locis oſtendere poſſemus, tamen ne in Illiadẽ expoſitio creſcat tantũ quoſdam logicales proferamus: Porphirius in cap. de differen-

tia uocibus intenſio & remiſſio utitur, quas ex cordarum ſimilitudine tractas eſſe Ammonius ibidem declarat: Deſcriptionis nomine omnis ferè Ariſt. liber eſt repletus, & tamen ad ſimilitudinē rudis pictorum imaginis dici Ammonius in capite de genere fatetur, primo Topicorū capite. 4. diffinitio ſub termini uoce diffinitur, & nihilominus ex agrorū terminis nomen hoc deſumptū eſſe & Alexander in illius loci expoſitione, & Ammonius in principio prædicabiliū confitentur: ſyllogiſmū ex poſitis eſſe, millies apud Ari. reperies, & tñ ex corporū poſitione nomē tractū eſſe inquit Alex. primo Priorū dū ſyllogiſmi diffinitionē exponit: ſyllogiſmorū mixtiones ab Ariſt. primo Priorū per longum proceſſum declarantur, & nihilominus in ſyllogiſmis mixtionem nō niſi metaphoricè reperiri perpulchrè Magnus Albertus re, & nomine Magnus primo Priorum tractatu. 3. cap. 3. declarat, ſyllogiſmi triplex diſpoſitio figura, propoſitiones interualla, & propoſitionū partes termini ab Ariſt. creberrimè uocantur, & tamē nomina hæc tranſlatitia eſſe declarat Ioannes Philoponus, dum quintum caput primi Priorū exponit, non ergo inconuenit per translationē errorem peccatum ab Auer. uocari, ſ ille. n. putat ꝫ exponunt Auic. arbitrabatur mediū terminū eſſe cōmunem. i. cauſam utriuſq; in cognoſcendo, quia nullius ab eo ponebatur cauſa in eſſendo: ſed cū hæc à nobis ſupra reiecta ſint, nō opus eſt ut in hæc iterum inuehamur, ut itaq; locus iſte intelligatur primo notandum eſt ſupra dictū eſſe, Auicennā conſtituere mediū demoſtrationis ſimpliciter in genere tribus conditionibus, duabus explicitè & tertia implicitè, quarū prima eſt ut mediū ſit cauſa ut maius inſit minori. i. inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, quò ad

illationẽ, & nõ quò ad eſſe, nã tũc eſſet eadẽ hæc conditio cũ opi-
nione Auer. ut ſupra declarauimus, & nũc etiã cõfirmamus ex
ipſomet Auer. dũ in quæſito tertio quinti generis ſpeciẽ primam
declarans inquit, ꝙ cauſa minoris tantũ non eſt cauſa eſſendi ma-
iorẽ in minori. i. ꝙ ſit cauſa eſſendi ipſum accidẽs: ſecũda uerò eſt
ut medius terminus ſit cauſatus à maiori: tertia ĩplicita ut ſit cau
ſa minoris; ſecundo notãdum ꝙ uerbũ accidit ſeu cõtingit primo
Priorũ. 4. ne dũ nõ neceſſario, uerũ etiã & neceſſario competit,
tũc dico ꝙ Auer. uolens declarare ambas ſpecies poſitas ab Aui.
primo eius opinionẽ in cõmuni in mediũ aducit ad hoc ut in ſequen-
tibus eam bifariã diuidendo diſtinctè utrũq; membrũ examinare
poſſit inqt: itaq;, ille certò putat talẽ mediũ demoſtrationis ſim-
pliciter eſſe quãdã rẽ cõmunem, ideſt plures ſpecies amplectens-
tem, ex quo accidit (.i. contingit contingentia neceſſaria, & non,
non neceſſaria) mediũ terminum eſſe cauſatum ab extremo ma-
iori, quæ eſt ſecunda conditio, cum medium ſit cauſa ineſſendi il-
lum ipſi minori, quæ eſt prima, ideſt medium apud Auicennam
eſt non unius ſpeciei ſed commune, nam habebat has conditiones
quod ſit cauſatum à maiori & cauſa ut maior inſit minori, quod
duobus modis fieri põt. Quòd ſi nõ hanc Abrahami, ſed Buranæ
lectionẽ ſequamur, eundẽ eliciemus ſenſum, cũ. n. mediũ ab Auic.
poſitũ poſſit eſſe duplex, uel cauſa minoris tantũ, uel ẽt maioris,
et ſi ſit cauſatũ ab eo, nulli dubiũ eſt ꝙ demoſtratio apud Auic.
primo dicetur de ſpẽ cõſtituta ex medio cauſa utriuſq;, q̃ de cõſti
tuta ex medio cauſa minoris tantũ, inqt Auer. quoniã ipſe Auic.
exiſtimauit ꝙ in hoc medio eſt æquocatio (analogiæ. ſ.) cũ in hoc
cõtineãtur duæ ſpẽs ſecũdũ prius et poſterius: cætera nõ differũt:

Iſtæc aũt uerba à Mantino ſic transferũtur, ipſe aũt putat id eẽ
q̃d cõmune ita.ſ. ut cõtingat mediũ terminũ eſſe cauſatum ab ex-
tremitate maiori, ipſum tamen eſſe cauſam ut inſit minori.

Si.n.dum ille dicebat cauſatũ ab extremo maiori, intendebat ꝙ dũ
ponitur eſſe maius ſequatur mediũ eſſe, quia ille ſit illius cau
ſa, tũc ĩpoſſibile eſſet mediũ terminũ talis demoſtrationis eſſe
cauſam ineſſendi maius minori, niſi adeſſent duæ cauſarũ ſpe-
cies, quare ab utriuſq; eſſe ſequatur eſſe alterutrius, & ideo
medius terminus eſſet cauſa maioris.

Dixerat medium terminum ab Auic.conſtitutũ eſſe quãdam rẽ
cõmunẽ.i.bifidã; nam apud eum ex his conditionibus cõficieba-
tur, ꝙ ſit cauſatus à maiori et cauſa ut maior inſit minori, in præ
ſentiarũ illũ in ſuas partes ſecans diſtinctè examinare incipit in-
quiens, ſi Auic.dũ dicebat mediũ eſſe cauſatum ab extremo ma-
iori, & cauſam ut maior inſit minori, intelligebat.quòd cum hoc
mediũ eſt cauſa quò ad eſſe ipſius maioris, Dico inquit Auer.ꝙ
hoc non eſt poſſibile, niſi cõcurrant duo genera cauſarũ, adeo ꝙ
mediũ ſit cauſatũ à maiori in uno, & maius à medio in alio ge-
nere cauſarũ, & q̃a tunc mediũ eſt cauſa maioris ideo demoſtra
tio hæc nõ eſt abiciẽda: lege litterã: ſi.n.dũ ille Auic.dicebat me-
diũ terminũ eſſe cauſatũ ab extremo maiori, intendebat cum hac
cõditione, ꝙ ad poſitionẽ maioris ponatur mediũ .i. ſicut ad poſi-
tionem medij ponitur maius ſic ad poſitionẽ maioris ponatur me-
diũ (quod dum conuertibilia ſunt accidit) & hoc non ſimplici-
ter, ſed hac lege ꝙ ille medius terminus ſit cauſa quò ad eſſe il-
lius maioris extremi, in uno genere cauſarũ, quia in alio mediũ
cauſatur à maiori, dicit ſi intendebat, non in tota opinione, ſed in
una ſpecie tantum, r.ã quãdã ſpeciem Auic.agnouiſſe in qua me-

diũ eſt cauſa maioris ſolum quò ad ineſſe ſupra ex primis uerbis huius digreſſionis, & ex ſecũdo quæſito demoſtrauimus: tũc adſert iudiciũ ſuum Auer. *ſuper hoc dictum inquiens, tunc.i.in tali caſu, impoſſibile eſſet mediũ talis demoſtrationis eſſe cauſam ut maior inſit minori.i.non poteſt inueniri mediũ in tali ſpecie quo mediante inferatur maius ineſſe minori, niſi adeſſent duæ cauſarũ ſpecies, (quia uolebat in una conditione ꝙ medium ſit cauſatũ à maiori, & in alia ꝙ cauſet maius) quare .i. ob quòd ab eſſe utriuſq; ſequatur eſſe alterutrius .i. ab eſſe medij ſequatur eſſe maioris in uno genere cauſarum, & ab eſſe maioris ſequatur eſſe medij in alio genere: & hic demoſtrationis modus nõ eſt abiciendus quia ſic medius terminus eſt cauſa maioris* Iacobus autẽ Mantinus *clarius hæc uerba tranſtuliſſe uidetur hoc mõ, ſi.n. quũ dicit eſſe cauſatũ à maiori extremitate intelligit, ꝙ data maiori extremitate, detur neceſſariò & medius terminus, propterea quod eſt eius cauſa, tunc impoſſibile eſt in huiuſmodi demoſtratione ut ſit cauſa ut maior ĩſit minori niſi fortè ad id cõcurrerẽt duo genera cauſarum, quæ mutuo inter ſe conſequerentur, ita ut quauis earum data altera detur, & ſic medius terminus erit cauſa maioris.* Dices, *cur tale mediũ non eſt poſſibile niſi duo cõcurrãt genera cauſarũ?* An *quia tale mediũ ponebatur cauſa & cauſatũ reſpectu maioris, ſi hoc eſſet in eodẽ genere cauſæ, tũc idẽ reſpectu eiuſdẽ eodẽ mõ eſſet mouens & motũ, in actu et in potentia, quod inconuenit tertio phiſicorum octauo:* Quæres *eſto ꝙ duæ cauſarũ ſpecies cõcurrere debent, quæ nã hæ ſunt? Reſpõdet Arabũ decus* Auer. *in 3°. quæſito his uerbis, ꝙ tali mõ oſtenditur cauſa quæ eſt ſecundũ ſemitã finis, per cauſam quæ eſt ſe-*

cundũ ſemitam formæ dum fuerit notior ea, & ſic eſt poſſibile ꝙ cauſa quæ eſt ſecundũ ſemitam materiæ oſtendatur per cauſam quæ eſt ſecundum ſemitam formæ, ſed in his res non conuertitur, ſed cauſa quæ eſt ſecundũ ſemitam materiæ nõ infert cauſam quæ eſt ſecnndũ ſemitã finis & formæ, ſed tales demoſtrationes non ſunt diffinitiones in potentia, & termini medij illarum ſunt quodam mõ cauſæ maioris, & quodã modo maior eſt cauſa medij: Vlterius dubitabis an huiuſcemodi demoſtratio ſit ſimpliciter demoſtratio? Reſpondeo ꝙ talis dupliciter eſſe põt, uno quidẽ mõ ut duæ cauſarũ ſpecies ſint totæ diffinitiones, alio uerò mõ, ut non ſint orõnes ſed termini tantũ, Tũc dico quòd primo mõ concedebat Alph. ut teſtatur Auer. in Epit. capite de demoſtratione, ſecũdo uero mõ negabat, ut idẽ inquit Auer. in. 3. quæſito de conditionibus præmiſſarũ, unde nõ in merito nos ſuperius hanc Auicẽnæ ſpetiẽ ſub primã Alph. redigi negabamus, quia nimmo adeo differunt ꝙ neutra tota ſub aliam redigi põt, prima nãq; Alph. excedit hanc Auic. quia cõtinet ẽt mediũ cauſam maioris et nõ cauſatũ ab eo, Exceditur uero cũ non ampleĉtatur mediũ cãm maioris et cauſatũ ab eo, dũ termini ſũt mediũ et maior, non aũt orõnes: Mouebatur aũt Alph. ex eo quòd neutra habitudinũ eſſentialiũ, quæ inſtitutæ ſunt cõditiones præmiſſarũ demoſtrationũ reperitur, quæ ſunt ut prædicatũ ſit in diffinitione ſubieĉti, uel ſubieĉtũ in diffinitione prædicati: an aũt hæc Alph. diĉta uera ſint alias ex intento declarabimus.

Si aũt intendebat maiorẽ terminũ eſſe cauſam eſſendi mediũ, hoc eſt præter ꝙ ipſum eſſe ſequatur ab eſſe medij, & medius ſit cauſa ineſſendi maiorem minori non cauſa eſſendi maiorem

ſecundũ ſe, hoc ſatis inuenitur prout eſt ſermo dicentis homo eſt animal & animal eſt corpus, Talis uero eſt cauſa per accidens, hominem enim eſſe animal, non eſt cauſa prima eſſentialis ipſum eſſendi corpus, quoniam non dicimus, quòd homo in quantum homo ſit animal, tanto minus quòd ſit corpus, quod infra latius commoſtrabitur.

Examinata prima ſpetie ab Auic. poſita, iam ad ſecundã accedit inquiẽs, ſi aũt Auic. intẽdebat maiorem terminũ eſſe cãm eſſendi mediũ, præter quòd ipſum eſſe ſequatur ab eſſe medij, .i. ſi maius ponebatur quod cauſet medium et non cauſetur à medio, & medius ſit cã ineſſendi maiorẽ minori, non cã eſſendi maiorẽ ſecũdũ ſe .i. ut eſt apud naturã, hoc, .i. hæc cõbinatio inuenitur, et ponit exẽplũ, hõ eſt aĩal, & aĩal eſt corpus: ſubdit cenſurã. ſed talis cã eſt cã per accidens, probat, hominẽ enim eſſe aĩal, non eſt cã prima eſſentialis ipſum eſſendi corpus, .i. aĩal eſt cã accidentalis, quia non eſt cã prima: ſenſus itaq; eſt, ſi Auic. ponebat mediũ cauſatũ à maiori, & cãm ut maior ſolũ inſit minori, nõ aũt ut ſit, (quòd, ut ſupra declarauimus, in prima ſpecie faciebat) hoc eſt poſſibile, ſed eſt cã per accidens. Dices hoc dictum affirmando uidetur ſibimet cõtradicere, nã ſupra tertiã Alph. ſpẽm negabat omnino, quæ eſt eadẽ cũ hoc dicto? Dico ſuperius eam Auer. oĩno negaſſe tanq; demoſtrationẽ ſimpliciter, hic uerò cã concedit, nõ aũt ut demoſtrationẽ ſimpliciter, quia inquit, habere mediũ cãm per accidẽs quæ à demoſtratiõe excluditur, ut primo huius. 37. & . 41. inquit Auer. quæ autẽ demoſtrationis ſpecies ſit, ſupra longioribus declarauimus. Quæres primo huius. 32. per accidẽs ſunt quæ nec in primo nec in ſecundo mõ dicendi per ſe ſunt, ergo in hac homo eſt animal, aĩal cũ ſit in primo modo nõ

eſt

eſt per accidēs ut hic uidetur dicere Auer. *Reſpondēt* Iuniores
*ꝙ dū genus prædicatur de ſpecie eſt prædicatio per accidēs pri-
mo huius.41.ſecūdo Poſt. 94 uerū, talis prædicatio dupliciter
cōſiderari pōt,uno mō reſpectu prædicati primi,et ſic dicitur per
accñs, hic & locis citatis,alio modo reſpectu eorum quæ nō per
ſe, ſed per accidēs inſunt:& ſic prædicatio generis de ſpecie per
ſe & non per accidens nuncupatur.Quæ inquiunt iſti uera ſunt,
ſed dubitationem omnino non euacuant. Nam conficiatur hæc ra
tio ad aures* Alpharabij & Auicennæ,*homo eſt rationalis,ratio-
nale eſt corpus,corpus inerit homini per accidentalem cauſam id-
deſt per rationale, ut inqt* Auer.*in quæſito.2.et tamen per ſe &
uniuerſaliter rōnale ineſt homini,ideo dicimus iuxta regulā pri-
mo huius.37.quæ per ſe quæ primo inſunt inferiori per accñs in-
ſunt ſuo ſuperiori eſto itaq; ꝙ aīal per ſe, & rationale, & aīal
rōnale, per ſe et primo inſint homini, nihilominus ſi per hæc pro-
baretur corpus ineſſe homini,per cauſam accidētalē probaretur,
ł quoniā nō dicimus ł dixerat animal eſſe cauſam per accñs,quia
nō eſt cā prima & eſſentialis,ſtatim* Auic.*negaret non eſſe cām
primā:iō* Auer.*in pauculis ſequentibus uerbis aducit probationē,
quæ cū alio mō eliciare ex uerbis* Abrah. *et alio ex uerbis* Bura
næ, utroq; mō declaretur:ſecundū Abrah. *rō formatur tali pacto,
homo quatenus homo nō eſt animal,ergo multo minus homo quate
nus animal,ē corpus,adeo ꝙ probat corpus ineſſe homini per cau
ſam accidentalem, quia per aīal quod non ineſt homini primo,in-
quit itaq;, animal eſt cauſa per accidens,quia homo quatenus ho-
mo non eſt animal, ergo tanto minus homo eſt corpus quatenus
animal: At ſecūdum* Buranam *ratio formatur tali pacto,aīal eſt*

cauſa per accidẽs, qa homo nõ eſt corpus ſecũdũ quod hõ eſt ani-
mal, differt autẽ prima à ſecũda qa prima arguit probando me-
diũ eſſe cauſam accidẽtalẽ, eo ꝙ nõ ineſt primo minori. At ſecun-
da probat mediũ eſſe per accidẽs, qa mediũ non eſt cauſa prima ut
maius inſit minori: Quæres, quæ harũ eſt uerior? primã puto
omnino falſam, ſecũdã autẽ ueriſſimã, ꝙ prima ſit falſa patet. nã
ut ſupra dictũ eſt, hæc ſpecies in qua mediũ eſt cauſatum à maio
ri, & eſt cauſa illius ſolũ ut inſit, eſt triplex, nã uel eſt genus, uel
differẽtia, uel tota diffinitio, diceret Alphar. & Auic. o, Auer.
eſto quod tua ratio deſtruat unũ mẽbrũ magis ĩfimũ. i. dũ mediũ
eſt genus, tamen poſſumus nos ſaluare opinionẽ noſtrã in duabus
alijs ſpeciebus, nã ſi probabimus corpus ineſſe homini, per rõnale,
uel per animal rationale, cũ utrunq; per ſe & primo inſit homini,
nõ erit tale mediũ cauſa accidentalis: ſecuda uerò eſt optima nam
pari mõ oẽs tres ſpẽs interimit, ſiue enim corpus probetur ineſ-
ſe homini per animal, ſiue per rõnale, ſiue per aĩal rationale, cũ
oĩa hæc tria media ſint paucioris ãbitus q; ſit corpus, nõ poſsũt eẽ
cauſa prima qua mediãte corpus ineſt homini, ut clarè ex Auer.
in ſecũdo quæſito colligitur. Dices eſt ne aliqua euidẽs ratio, qua
poſſit probari corpus & cõſimilia, per animal, per rõnale, & per
animal rõnale, concludi ineſſe alicui non primo ſed per accidẽs?
Reſpõdeo quod maximè, et probo tali pacto, per id corpus primo
concluditur ineſſe alicui per quod primo eſt, ſed per aliquod illo-
rũ triũ corpus primo nõ ẽ, ergo per aliquod illorũ triũ corpus p°.
nõ ineſt alicui: minor pat3 ex regula primo huius. 43. aſſignata, ſi
per aliquod illorũ triũ corpus primo eſſet, ad poſitionẽ illius pone
retur pri°. corpus, et ad remotionẽ remoueretur, quod falſiſſimũ

eſſe patet: maiorẽ probo dupliciter, primo Auer. in. 2. quæſito de medio demoſtrationis in ſcripto, facit hãc cõſequẽtiã, ſi diffinitio ſcire eſt uera, quòd ſcire ſit cognoſcere cauſam per quã res eſt ſe cũdũ ſe, oportet quòd ſit cã eſſendi maius in minori per ſe primo, ſi res ob aliã cãm primo ineſſet q; ob quã eſt, conſequentia Auer. nullius eẽt roboris. 2°. probo eãdẽ maiorẽ ſic: ſcire ſimpliciter ali quid ineſſe alicui primo, eſt ſcire aliquid eo mõ quo fit à natura, ſed res à natura fit per cãm per quã primo eſt ut notũ, ergo ſcire aliqd ſimpliciter, ineſſe alicui primo, eſt ſcire per cauſam per quã primo eſt, minor declaratur ab Auer. primo huius. 41. 46. 56. 67. & diffuſius in quæſito de cõditionibus præmiſſarũ prope fi nẽ; & ratio hæc applicetur ad quẽlibet aliã cõbinationẽ quæ ſimi lis eſt exẽplo iã declarato: in quo ne miretur quis ſi primo poſita fuit propoſitio minor, nã licet Sũmmularũ authores ut Burida nus & Petrus explicitè, & Paulus implicitè, minorẽ ſecũdã, ma iorẽ uerò primã dixerint, tutius tamen eſt aſſerere, minorem eſſe in qua minor eſt extremitas, maiorẽ uerò in qua maior iuxta Cor dubenſem Auer. in Epitoma logico capite de ſyllogiſmo & pri mo Priorũ. 5. licet illi nec etiã ſint undiq; falſi, primã ſiquidẽ uo cant atq; ſecũdã nõ quæ primo uel ſecũdo loco ſituatur, ut ſic .n. mentirẽtur, cũ mõ maior, modo minor ad placitũ præponi ſoleat, ſed primã uocant in qua primũ eſt extremũ, ſecũdã uerò ĩ qua ul timũ & ſecũdũ extremũ ponitur. Cur aũt primo priorũ. 5, maius extremũ primũ, minus uerò ultimũ ab Ariſt. uocetur, cũ quãdoq; minus primo, maius uerò poſtremo loco ponatur non eſt præſen tis ſpeculationis, {quod infra latius cõmoſtrabitur} corpus per ani mal alicui ineſſe non primo ſed per accidens oſtendi, clarius infra

ſe explicaturũ promiſit,dũ primi ſignificatũ examinabit,hoc aũt pluribus in locis ab ipſo præſtitum eſt,præſertim tamẽ primo huius.36.41.54.156.ſecũdo huius.94.in Epitoma logico capite de demoſtratione,in epiſtola ex intento,& in quæſito.3 de cõditionibus præmiſſarũ in ſcripto:patet itaq; mediũ eſſe ſolũ cauſam minoris in demoſtratione ſimpliciter nõ occurrere omnino,eſſe uerò utriuſq; cauſam quid accñs eſſe illi,relinquitur ergo per ſe & neceſſario mediũ eſſe cauſam maioris,& eius ne dũ quò ad ineſſe uerũ etiã quò ad eſſe,ut ſuis aureis uerbis in principio huius digreſſionis intonabat Auer.ſed obicies,ſi mediũ eſt cauſa maioris, quæ cauſa aut eſt diffinitio aut differentia teſte Auer.in quæſito tertio anteq̃ demoſtrationũ ſpecies enumerare incipiat,ſequaretur maiorẽ demoſtrationis ſimpliciter habere prædicatũ præter naturã,quod repugnat Auer. in Epitoma logico capite de demoſtratione aſſerentꝫ ſextã cõditionẽ eſſe in demoſtrationibus ſimpliciter,ut prædicatũ ſit ſecũdũ curſum naturæ,ſequela deducitur ex ipſomet Auer.primo huius.137.aſſerente dũ diffinitũ prædicatur de diffinitione,& habẽs differẽtiã de differẽtia eſt prædicatio præter naturam,cũ itaq; maius prædicetur de medio absq; dubio uidetur incõueniẽs prædictũ ſeq:Obiectio hæc et aliæ q̃plures in totius digreſſionis examine.i.in quæſito de medio ex intento,diſſoluẽtur.Hæc aũt circa litteralẽ digreſſionis expõnẽ ad eius laudẽ de quo ſcriptũ eſt in capite libri,dixiſſe ſufficiat in quibus ſi aliquando lapſus eſſe uidebimur,(homines etenim ſumus)addas demas,emendes,caſtiga candide lector.

FINIS.

6
122

FRANCISCI STORELLAE ALEXA NENSIS PHILOSOPHI IN NEAPO LITANO GYMNASIO POSTERIO RES ANALYTICOS ORDINA RIE PROFITENTIS.

LOGICALIVM CAPITVM DECAS PRIMA.

AD EXCELLENTEM D. IOANNEM

Bernardinum Longum In eodem Gymnaſio Philoſophum ordinarium.

NEAPOLI

In Platea Sancti Laurentij Excudebat Raymundus Amatus.

FRANCISCVS STORELLA DOMINO IOANNI BERNARDINO LONGO IN NEAPOLITANO GYMNASIO PHILOSOPHIAM ORDINARIÈ PROFITENTI FÆLICITATEM.

FRANCISCVS STORELLA DO- mino Ioanni Bernardino Longo in Neapolitano Gymnaſio philoſophiam ordinariè pro fitenti fœlicitatem.

PRIMAM Logicalem Decadem inuulgaturus eminentiſſime Doctor, eam aliquantulum audaculam cōſpiciens (in ipſum.n. Ariſtotelem nedum in alios iacula quædam emittit) fortiſſimo defenſore muniendam animaduerti: nec illum inuenire difficile fuit: nam cùm ſic inter huius ætatis philoſophos Longi fulgeat nomen, ueluti ſol inter ſtellas, Longi dico, qui tot annis cum tanta auditorū multitudine et admiratione, Poſteriores Analyticos, Phyſicas Auſcultationes, libros de Cœlo, De ortu & interitu, & tandē Tertium De anima eſt interpretatus, cum quanta uix unq̄ aliquem alium in hoc almo Neapolitano Gymnaſio profeſſum eſſe contingit, quiq; hoc anno ut ſimul ad ſtudentium utilitatem, & Philoſophum, & Medicum ageret ſummum Quartum Metheororū eſt aggreſſus: In cuius quidē explanatione ſic philoſophatur, ut Alexandrum, ſic medicam explanat facultatē, ut Galenum, fœlices eius auditores audiuiſſe iactari poſſint. Cùm dico ſic Longi fulgeat nomen, ſtatim fortiorem defenſorem nec mihi inquirendum, nec si inquirerem inueniendum percepi. Qua de re illam qualemcūq; ſub tui fulgentiſſimi nominis clypeo emittere decreui, atq; decretū iā executioni mando: Tuæ ſiquidem humanitati cōfiſus, protectionem libēter ſuſcepturum ſpero. Vale Neap. 1555. 15. Februarij.

Particularem priuatiuam ſecum reciprocari, aduerſus Ariſtotelem oſtenditur. Cap. I.

NATVRAE Dæmon Ariſtoteles, dum in-
exiſtentium, ac neceſſariarum propoſitionum
conuerſiones enarrat, eam, quæ eſt in parte,
priuatiuam haudquaq; reciprocari contendit.
Non.n. inquit, ſi homo alicui animali non ineſt, & animal ali-
cui homini non inerit. Ego autem ſicut ob uiri autoritatem, re-
gulam abijciendam dicere non audeo, ſic etiam, rationibus qui-
buſdam impulſus, nec ſimpliciter amplexandam aſſeuero. Nã Prima ratio.
ſi conuerſio tranſpoſitio eſt ſubiecti in prædicatum, & con-
uerſo, ut Alexander, Auerroes, Philoponus, ac Magentinus Primo.
affirmant, cui dubium, quòd prædicatum i. ſecunda, illud idem Pri dum
eſſe debet, eodemq; modo, quod in prima ſubiectum? Secus enim 2. cap ex ponunt.
conuerſio non erit. Ob hoc ſiquidem hæc, nullus homo mulier,
conuertitur in hanc, nulla mulier homo, quia ſicut ſubijcitur in
prima, ſic homo prædicatur in ſecunda, ſecus enim non. Quod
ſi uerum eſt, quomodo particularis negatiua non conuertetur?
nam ſi illud idem animal in ſecunda, ab homine remoueatur, à
quo, in prima, homo remouebatur, non minus hæc, aliquis homo
non eſt animal, quàm illa, aliquod animal non eſt homo, ueri-
tatem obtinebit. Rurſus Eudemus, ac Theophraſtus (Autore 2. ratio.
Alexandro) uniuerſalem priuatiuam. (corruptè ſiquidem,
affirmatiuam, in uulgatis codicibus legi, nemo ſanæ mentis am- Vbi ſup.
biget) ſecum reciprocari, ſic oſtenderunt. Statuatur a de nullo
b dici, ſi uerò de nullo dicitur, abiunctum eſt, ergo etiam b ab om-
ni a, erit abiunctum, quod ſi ita eſt, de nullo a, etiam ipſum b

dicetur. Eodem & ego arguendi modo, particularem negatiuã
ſecum conuerti demonſtro: ſtatuatur a alicui b non ineſſe, quòd
si alicui non ineſt, ergo ab aliquo erit abiunctum, ergo etiam b
3. ratio. ab aliquo a erit abiunctum, quòd si ita eſt, alicui a etiam ip-
ſum b non inerit. Demum non ne ſenſu uidemus, quòd si ali-
quod, ut hoc, eſt ſeparatum ab aliquo, ut ab ille, quòd etiam ali-
quod, ut illud, eſt ſeparatum ab aliquo, ut ab hoc? His rationibus
"Ariſtotelea regula titubare uidetur, quas me ſcribentem, nol-
"lem, quòd aliquis, uelut audaculum, ſubſannet. non enim ex ani-
mo, ſed ut & noſtrum, & aliorum ciatur ingenium, iſta ſcri-
buntur.

Platonem in Parmenide, Logicen Philoſophiæ partem minimè negaſſe, ut Amonius; & Grammaticus falsò arbitrantur.

Cap. 2.

Logicen philoſophiæ partem Diuinum Platonem haudquã
q; arbitratum: Amonius, ac Philoponus inde argumentantur;
quòd eam garrulitatem in Parmenide uocauerit, non enim gar-
rulitatem appellare eam auſus fuiſſet, si partem putaſſet philo-
ſophiæ, ne philoſophiam garrulitatem nominaret: Ego autem
hos inſignes uiros tandiu, & in Lycio, & in Academia uerſa-
tos admirari deſinere non poſſum, quomodo illud eo ex loco col-
ligere arbitrentur: Iuuenem etenim Socratem, dum altius men
tem eleuat, ac aduerſus Eleatem Zenonem, de ideis quædam
" proponit, corrigit Parmenides inquiens. Pulcher ſanè atq; diui
" nus (mihi crede) impetus iſte tuus, qui ad rationes se fert. Cæ
" terum collige te ipſum, diligentiusq; te, in ea facultate exerce;
" quæ inutilis eſſe uidetur multis, & quædam garrulitas nuncu-

patur, dum iuuenis es, alioquin te ueritas fugiet. Si logicen inutilē, uel garrulitatem ex ſententia Parmenides uocaſſet, Socratem ad illius exercitium non hortaretur quidem, ſed potius ab eius ſtudio auocaret. Ob hoc, præoccupatione Parmenidem uti, firmiſſime credo: hortanti ſiquidem Socratem, ut in logicis ſe exerceat, obijcere potuiſſet ille, tunc temporis facultatem eam à quibuſdam uelut inutilem, ac garrulitatem reici. Huic præueniens Parmenides, ne obijciendi anſam Socrati relinqueret, in ſuam partem traxit dicēs. Et ſi Dialeticæ facultas quibuſdam (quaſi eos irridendo) inutilis uideatur, atq; à multis garrulitas nuncupetur: dum Iuuenis tamen es, exerce te in ea, ad hoc ut uerum agnoſcas. Quinimo tantum abeſt à ueritate, ut his in uerbis hæc facultas ex animo inutilis, aut garrulitas à Diuino Platone ſit nuncupata: quòd Aphrodiſienſis Alexander, uolēs tertiam Dialetices utilitatem ab Ariſtotele aſſignatam comprobare, per hæc eadem uerba eam roborare uiſus eſt, dum dixit. Ad hoc etiam uidetur referri Platonis dictum in Parmenide cū ait. Dum iunior es, aſſuefacito, & uerſator in ea quæ inutilis uidetur, & à pleriſq; garrulitas nuncupatur, ut uerum poſſis agnoſcere. Quibus exiſtentibus, nō uideo quomodo Ammonius, et Grāmaticus, quod arbitrātur, ex illis uerbis nanciſci poſſint.

pri. Top. ſuo cōm. 7.

Analyticos ab Ariſtotele ſic inſcriptos oſtenditur, Galeniq; uerba, quæ oppoſitum innuere uidentur, enucleantur. Cap 3.

Percelebris apud Neotericos quæſtio exagitari ſolet, à qua Analyſi, Ariſtotelei libri, Analytici dicantur. Hanc quis, ſi Galeni uerba in libello de proprijs libris primo aſpectu inſpiciat

Cap.10. deridebit: uidetur enim aſſeuerare Galenus, nullos libros ab Ariſtotele Analyticos inſcriptos: ſed quos, priores Analyticos inſcribunt, ipſum, De ſyllogiſmo uocaſſe: quos uerò Poſteriores Analyticos nominant, ipſum, De demõſtratione, inſcripſiſſe. Sunt autem Galeni uerba hæc. Inſcribunt autem hos, omnes ferè hodie Reſolutionum priorum, quemadmodum illos, De demonſtrationibus, Reſolutionum poſteriorum. ipſe ſanè Ariſtoteles illorum tãquã De ſyllogiſmo, horum autem tanquã De demõſtratione ſibi ſcriptorum meminit. Ego uerò illud perlibenter affirmo, quòd Priorum, uelut De ſyllogiſmo meminit Ariſtoteles, hoc enim primo Poſteriorum feciſſe uidemus. Quòd autem Poſteriores, De demõſtratione, inſcribantur, teſtatur etiam Auerroes, dum magnã præfationem in illos exorditur inquiens Intentio huius libri eſt exponere Secundos Analyticos, qui liber De demõſtratione inſcribitur. At nullos libros ab Ariſtotele Analyticos Inſcriptos (ſi hoc modo uoluit dicere Galenus) audacter falſum eſſe contendo: quòd enim libros De ſyllogiſmo, quandoq; Analyticos uocet, ex tertia ſectione lib. II De Interpretatione manifeſtum eſt: Libellum enim illum Ariſtotelis non eſſe (ut Andronico placuit) Galenus non admittit: nec ſolum ibi, ſed etiam in octauo Topicorum eoſdem libros Analyticos uocat Ariſtoteles: quòd uerò libros De demõſtratione, Reſolutorios inſcripſerit, ex ſexto Ethicorum clariſſimè liquet: Quòd ſi quis autoritatem hanc aufugiens, Ethicorũ uolumen non ab Ariſtotele concinnatum eſſe uelit, ſed ab Ariſtotelis filio Nicomacho (ut Romanæ eloquentiæ Parens affirmat) is primum Elenchorum, ac ſeptimũ Metaphyſ. inſpiciat, & libros De demõſtratione, Analyticos ab Ariſtotele uocatos, haud amplius uertet in dubium. Vt itaq; Ga

Primum dictum 26.8;.

2. dictum

Circa principium. vbi ſup. Cap.4.

Cap.4.

5. De finibus. Cap. ſecũdũ.3. uel nouã. 2. 42.

lenum tam apertiſſimi erroris immunem oſtendam, eius uerba ad meliorem ſenſum trahere conabor, quod ut clarius fiat, illud præmonendum eſſe duxi, quòd ſcilicet libri hi duplici nomine prædíti ſunt, cõmuni, & proprio: cõmuni quidem nomine, ut etiam Barbarus inquit Auerroes, Analytici appellantur. Proprium uerò duplex ſortiti ſunt nomen, unum è materiæ ſubiectæ diuerſitate, unde illi De ſyllogiſmo, hi uerò De demõſtratione ſunt uocitati: Alterum autem ex duobus uerbis Priores & Poſteriores, quæ communi nomini Analytici, addita, partialia nomina fecere. Quade re illi Analytici Priores, hi uerò Analytici poſteriores inſcripti ſunt. Quo exiſtente, dico, nullibi negaſſe Galenum, hos libros cõmuni nomine ab Ariſtotele Analyticos inſcriptos, mẽdax enim eſſet, ut à nobis auctoritates adductæ manifeſtant: Negauit autem (si modò illis in uerbis aliquid negare uoluit) Ariſtotelem eos peculiari nomine citantem, Priores, Poſterióresue Analyticos (ut alij) uocaſſe, tùm eo peculiari nomine, quod eſt à ſubiecto deſumptum, ſcilicet De ſyllogiſmo, uel De Demõſtratione ſit uſus: Haud enim conſecutio ualet, negat hos libros ab Ariſtotele Priores, uel Poſteriores Analyticos inſcriptos, ergo negat ab illo, Analyticorũ noĩe prænotatos.

In præfat.

Poſter.

Ariſtotelem à Platone in pluribus minimè diſſidere quomodo obſeruandum: relatiuorum definitionem ab Ariſtotele reiectam falsò Platoni adſcribi, Seuerinum Boethium, atq; Porphyri, hunc in errorem haudquaq; eſſe lapſos. Cap. 4.

ARISTOTELEAM philoſophiam à Platonica diſſidentem adeo ignauum exiſtimat uulgus, quòd quot quot uer

ba ab Ariſtotele in antiquorum quempiam (illius nomine ſup-
preſſo) diriguntur, in Platonem ferri; inconſideratè ſcribere
non erubeſcit: nō animaduertens, quòd ſi Platonis doctrina Ari
ſtoteli non placuiſſet, Academiæ limina uiginti non attriuiſſet
annos. Prius igitur quàm aſſeramus Ariſtotelem Platonis doctri
nam impugnare: oportet omnia eius opera inſpicere, ac diligen
ter inquirere, num, quod ab Ariſtotele damnatur; dixerit Plato;
uel eius oppoſitum. Quod ſi in Platone id inueniemus; rurſus
conſiderandum, ſenſusne, an uerba carpantur? quod ſi obſerua
bimus, uel in nullis (ut quorundam doctiſſimorum eſt opinio)

Albertus: Thom. de Vio, Petrus Tartaretus, Muchagata. Ioa. de Lapide, & Io. de magiſtris hic, et Dominicus Bonifilius i. 4. Top.

uel in perpaucis quidem eos diſcrepare intelligemus. Quod ſi ob
ſeruaſſet Latinorum interpretum chorus, ac ex græcis quidem
Boethus, & Pachymeris minimè ſcriptum reliquiſſent, eorum
definitionem, quæ ſub eandem rationem cadunt ab Ariſtotele
reiectam eſſe Platonis, quod mendacium eſſe Ammonius ex ip-
ſo etiam Platone declarauit inquiens. Cæterum ſciendum eſt,
quicunq; à Platone hoc pacto finiri aiunt, putareq; ipſum, in ea
relatiuorum eſſe, quòd aliorum dicantur, ſubſiſtentiam, inhærere
hos philoſopho calumniant, etenim quod ea non quia dicantur, ue
rum ſint aliorum, obſignet, ex proditis i Gorgia licet cognoſcas
,, ait enim ſi agens eſt, patiens quoque eſſe aliquid eſt neceſſe: eſſe
,, enim dixit, non dici. Simplicius etiam hoc idem conſpiciens non
,, in iure ac de cauſa in Boethum eſt inuectus, Platoniſq; uerba
,, obiecit quæ in Ciuili habentur ſcilicet, Atqui ego etiā quæcun
,, q; ſunt, talia qualia ſunt ea quæ alicuius qualis ſunt: Ac iterū
,, ea quæ in Sophiſta, Nempe quoniā alterum erat neceſſariò
accidit, ut id ipſum alterius ſit, quod quidem eſt. Hoc iddem &
nos ex illis Platonis uerbis clarius colligi arbitramur, quæ in
Sympoſio

Sympoſio leguntur, dum Socrates Agathonem tali modo compellat, Vtrum talis ſit Amor ut alicuius ſit amor? an nullius? haud peto, utrum matris alicuius patriſue ſit: ridicula nanq; interrogatio eſſet, utrum amor patris matriſue ſit amor? uerùm si interrogaſſem, nunquid pater alicuius pater eſſet aut non? reſpódiſſes utiq; si modò congruè loqui uoluiſſes, patrem filij uel filiæ patrem eſſe: an non? Agat. Prorſus. Socrat. non ne & matrem alicuius eſſe matrem? Agat & iſtud. Socr. reſponde præterea pauca quædam, ut quod ſentio magis intelligas, frater nunquid ipſum quod eſt alicuius eſt frater? Agat. certè. Socr. non ne fratris aut ſororis? Agat. horum profectò Socr. Conare ſimiliter nobis de amore oſtendere, num amor alicuius ſit amor? Alicuius certè. Quid clariùs dici poteſt? Illud etiam hic uellem, ne quis ſuſpicetur, Seuerinum ſcilicet Boethium, ac Phenicem Porphyriú prædictum in errorem eſſe lapſos, commotus forſan ab horú uerbis, quæ in huius loci explanatione reliquerunt: nam ea rectè perpenſa neutrum erroris participem declarant: cum alter eam definitionem Platonicam dici, alter uerò, credi, aſſeuerauerit, neuter enim (ni alibi hoc dicant) Platonis eam eſſe affirmat.

Sub perfecta oratione nedum enunciationem, uerùm & alias quaſdom orationis ſpecies contineri, cum Boethio aduerſus Sueſſanum defenditur.

Cap. 5.

ORATIONEM in perfectá, et imperfectá diuiſi; eſt qui neget ferè nemo: ſub perfectam ne dum enunciatiuá, uerumetiá uocatiuam, interrogatiuá, imperatiuá, ac optatiuam re-

Ob Nolanú hic diuiſionem hanc inſtantem.

Primo lib. duci Boethius affirmat. Opinionem hanc Sueſſanus in ludicris
peri. cap. falſam eſſe contendit, ac ſolam enunciatiuam perfectam, cæte-
4. ras omnes imperfectas arbitratur, quod triplici medio probat.
9. enuncia Primò autoritate Ariſtotelis, qui ſolam enunciatiuam perfectam
tum expo dicit, quia ſola ueri, falſiq; ſignificatrix eſt, alias autem omnes
nens. uelut inutiles, ac imperfectas expellit. Secundò Ammonij teſti-
Cap. 4. " monio dicens, Ammonius uir doctiſſimus eas omnes imperfectas
" eſſe dicit, quibus neq; uerum neq; falſum eſt. Tertiò hoc idem
ratione ſuadere conatur tali pacto, oratio cui proprius finis de-
eſt, perfecta dici nequit, at omnibus, præter enunciatiuam, pro-
prius finis deeſt, igitur omnes præter enunciatiuam, perfecta di
ci nequeunt: probat minorem Philoponi autoritate aſſeuerantis,
orationis proprium finem eſſe, ueritatem uel falſitatem ſignifi-
Vbi ſup. care, quo alias ab enunciatione, carere, Ariſtoteles expreſſit.
Hæc ille: quibus addimus nos, Auerrois autoritatem dicentis; &
intentio hic quidem eſt loqui in oratione enunciatiua, ſed de ora
tionibus imperfectis, quæ ſunt præter eam, loquitur ĩ libris Rhe
" toricæ et Poeticæ. Accedit ad hæc, quòd cùm non ſolùm deſcrip
" tio, ſed etiam perfectiſſimum inſtrumentum, perfectiſſimam con
ceptionem pariens, & ex conſequenti, in audientis animo perfe
ctiſſimum ſenſum gignens definitio, per Gerſonidem, atq; Auer
roem, imperfecta ſit oratio, à fortiori, imperatiua, cæteraq; hu-
iuſcemodi, per eoſdem, imperfectæ ſunt appellandæ. His tamen
non obſtantibus Boethij opinionem ueriſſimam eſſe putamus,
" pro ea ſiquidem eſt Auerroes, dum inquit, oratio præterea alia
" perfecta, alia imperfecta. perfecta uerò alia indicatiua, alia non
" indicatiua: ut eſt imperatiua, deprecatiua, optatiuaq;. cuius Ger
" ſon cauſſam aſſignans dicit. perfecta autem oratio, alia eſt non

indicatiua, ut eſt imperatiua, & optatiua. uocat autem eas ora- "
tiones perfectas, quæ habent ſubiectum & prædicatum: ut ſi di "
catur Socrati per modum imperandi, ædifica domum. hæc autẽ "
oratio uidetur habere ſimilitudinem cum partibus orationis indi "
catiuæ: niſi quòd non indicat aliquid ita ſe habere, uel non ita ſe "
habere: Sed quæ non eſt indicatiua, id non indicat. Huius etiam opinionis Ammonium fuiſſe iam iam oſtendemus. Ea uerò quæ in oppoſitum adducta ſunt facilè delentur. Ad primum dicimus Ariſtotelem nec ibi, nec alibi eas imperfectas uocaſſe: benè tamen uerum eſt, quòd cùm uerum falsúmue non ſignificent eas enunciationes non eſſe probauit: ideoq; (& non quia inutiles et imperfectæ) ab illius libri conſideratione ſecluſit: ab illius dico libri conſideratione ſecluſit, & non à tota logica, ne Rhetoricẽ, atq; Poeticen, logicæ partes non eſſe dicere cogamur. Secundũ maiori morbo laborat, Ammonius enim (quem ſibi fauere dicit)

Ad primũ

Ad ſecundum.

Hæc ſcripta reliquit. ad enunciatiuam accedit orationem, ut ab "
initio ſtatutum eſt, contemplandum: quam ſimplicioris orationis "
quandam eſſe ſpeciem diximus, quemadmodum uocatiuam, opta "
tiuam, interrogatiuam, imperatiuam, quarum perfecta quæuis ẽ. "
Quid clarius contra Auguſtinum dici poteſt? ſubdit rationem Ammonius dicens, quia per ſe quæuis perfectæ ſententiæ ſigni "
ficatrix eſt. Ad tertium minorem inficias imus, ad probationẽ, dicimus quòd non dum conſtat Philoponũ illud affirmaſſe, quod ſi dixit, de enunciatione, per excellentiam forſan intellexit: orationis ſiquidem proprius finis eſt, (ut Ammonius inquit) quòd per ſe perfectæ ſententiæ ſit ſignificatrix, nec abſolutè, ſed eo modo quo iam iam patefiet, quo quæ carent imperfectæ uocantur. Ad quartum, aſſerimus, uerba illa eſſe corrupta, atq; ſic re-

Ad tertiũ

Ad quartum.

" ſtitui debere, Sed de orationibus perfectis quæ ſunt præter eam loquitur in libris Rhetoricæ & Poeticæ. Hoc enim quãdoq; (ſi Diuinum fauerit numen) luce clarius oſtendam, quod ſi quis pertinax temerè lectionem corruptam non eſſe contendet, reſpõdeatur ei has non per ſe, ſed ad enunciationis perfectionem cõparatas, imperfectas Auerroem uocaſſe. Vt autem ad quintum

Ad quintum.

reſponſio facilè percipiatur, duo annotanda ſunt: Primum quidem eſt, quòd cùm perfectum ſenſum ſignificare bifariam intelligi poſſit: uel ſecundum ſimplicem comprehenſionem, uel ſecundum ſimplicem in unum non coeuntium compoſitionem: dum aſſeritur, ꝙ perfecta oratio eſt, quæ perfectum ſenſum ſignificat, ſecundo quidem modo, & non primo eſt intelligendum: nam ſi primò intelligeremus, cum ille, ne dum nominibus ſed etiã uerbis per ſe ſumptis, ſit ab Ariſtotele conceſſus, ſimplices profectò dictiones perfectas orationes eſſe dicere cogeremur. Alterũ uerò eſt, quòd & ſi definitio oratio ſit, cùm eius definitionem habeat, quia tamen non ſignificat perfectum ſenſum ſecundo modo, à quo oratio perfecta nuncupatur, ſed primo, qui etiã ſimplicibus dictionibus competit, meritò imperfecta oratio ab Auerroe uocatur: quod eius expoſitor Leui manifeſtat dicens. Per
" orationem imperfectam intelligit eam, quæ habet uim dictionis
" ſimplicis: ut ſunt definitiones, & deſcriptiones, quæ ingrediun
" tur definitionem præcedentem ipſius orationis uocauit autem
" eas, orationem imperfectam, quia non habent prædicatum, et ſubiectum: ſed earum ſignificatio eſt, uelut ſignificatio dictionis ſimplicis. Quibus annotatis clariſſimè reſpondetur, negando conſequentiam, nam definitio imperfecta oratio dicitur, quia & ſi cum perfecta conceptionẽ perfectum ſenſum ſignificet, primo

tamen, & nō ſecundo modo, à quo perfectionem oratio deſumit, illum exprimit. At īperatiua, et optatiua, cæteræq; cōſimiles orationes, cùm non primo, ſed ſecundo modo perfectum ſenſum ſignificent, ut etiam ex Gerſonidis uerbis ſuperius eſt uiſum, non ab re inter perfectas orationes connumerantur.

Angelicum Doctorem, ac Romanum AEgidium in Quæſito de ſubiecto Logices imeritò à Balduino carpi. cap. 6.

ANGELICVS Doctor quartū Metaphyſices ex- 5.
planans, entia rationis Logices ſubiectū arbitratur, à præceptore non diſcrepans AEgidius, in Elenchorū præfatione, illud idē aſſeuerare uidetur: In utrūq; Balduinus duplici medio inſurgit, primò quia ſunt diminuti, cùm etenim ſubiectum duas partes habeat, rem conſideratam, & modū conſiderandi, resq; conſiderata in logica, ſint entia rationis, conſiderādi uerò modus, ut īſtrumenta notificandi: ipſi aſſignantes pro ſubiecto, ſolùm rē cōſideratā, omittentes modū conſiderādi potiorē partem ſubiecti, nulli dubiū quòd imperfectè loquūtur. Secundo utrūq; falſum dixiſſe arbitratur, ambo. n. dicunt entia rationis per ſe à logico cōſiderari. Contra inquit iſtè, eadē ars ut primo Poſteriorū habetur conſiderat principia, partes, & paſſiones ſubiecti, ſed de intellectu principio effectiuo entis rationis pertractatur ī libro De anima, ergo & entia rationis, ut rationis non ad logicum, ſed ad animaſticum ſpectat conſiderare. Hæc ille, quæ ego nullius roboris eſſe iudico: dicat mihi quæſo, quod abſurdum eſt Thomam accidentaliter de logices ſubiecto loquentem, alteram ſolùm partem, ideſt materialem (hanc enim locus expoſtulabat) explicuiſſe? alteram uerò, ideſt formalem uelut ad propoſitum for-

In q de ſubiecto logices.

Primo Poſter. 179.

179.

taſſe non attinentem omiſſiſſe? eſto enim quod hic non expri-
matur, non tamen ob hoc Thomæ opinio eſt diminuta, cùm alibi
In præfat. eam explicuiſſet: dum enim, in Poſterioribus Analyticis, ex intẽ
to logices ſubiectum enarrat, non ſolùm rem conſiderandam pa
tefecit dicens, quòd ſunt actus rationis, uerumetiã conſiderandi
modum adhibuit, inquiens, tales actus in logica conſiderari, non
In.q de diuiſione ſcientiarum artis. quocunq; modo, ſed ut intellectus operationem dirigunt: quem eti
am conſiderandi modum clarioribus manifeſtauit, dum Boethij
libellum de trinitate interpretaretur, ait enim, res autem, de qui-
" bus eſt logica, non quæruntur ad cognoſcendũ propter ſe ipſas;
" ſed ut adminiculum quoddam ad alias ſcientias. Nec minus quã
Thomas, iniure Romanus AEgidius inceſſitur, cùm primo Po-
Super tex.85. ſteriorum luce clarius dicat, rationis actus, eatenus ad logicum
ſpectare, quatenus ſunt organa quædam rebus applicabilia:
ſed ad quid Poſteriorum librum opus eſt adire? dum in eadẽ præ
fatione, in qua eum lapſum eſſe putant, rei conſideratæ conſiderã
" di modum apponat cùm dicit. Dialetica, ergo quia eſt ſcientia di
" rectiua rationis, conſiderat de huiuſmodi conceptibus, ut ſunt in
" ſtrumenta quædam iuuantia intellectum ad intelligendum. Ad-
de ex dictis eſſe perſpicuum, ſecundam rationem aduerſus eoſ-
dem ridiculam eſſe, nam & ſi concederemus entia rationis, ut
rationis, non ad logicum ſpectare, contra Thomam & AEgidi
um nil colligeretur, cùm hi (ut iam eſt declaratum) entia ratio
nis, non ut rationis, ſed ut inſtrumenta, ad logicum pertinere con
fiteantur. Quod ſi Balduini petulantiam clarius cognoſcere lu-
Vbi ſup. bet: inſpiciamus AEgidium in primo Poſteriorum, nam inuenie
mus, quòd ipſe eadem ratione motus longe ante Balduinum de-
clarauit, actus rationis ut organa ſunt, ad logicum, ut uerò à ra

tione producuntur ad librum De anima ſpectare. Ex quibus qui uis clarum eſſe iudico, ne dum Thomam, & AEgidium à Balduino immeritò carpi, ſed etiam quæ circa hoc ipſe dixit, ab eis prius dicta fuiſſe. Contradictio uerò quæ Diuo Thomæ circa hoc negocium à Balduino adſcribitur, iamdiu eſt, quòd in libello de Definitione logices ſolutionem à nobis accepit.

Porphyrium, unico tractatu, Prædicabilium naturam, communitates, ac differentias, explicare potuiſſe, aduerſus quoſdam Neotericos, perpulcherq; Ariſtoteleus procedendi modus obſeruatur. Cap. 7.

DVBITANT *Quidam, cur Porphyrius communitates, & differentias quinq; Prædicabilium, diuerſo tractatu, ab eo, quo eorum naturas manifeſtauit, eſt proſequutus, cùm eas ſingulis prædicabilibus, quorum ſunt, ſubſcribere debuiſſet, Reſpondentq; ideò à Porphyrio factum, nam cùm incboantes alloquatur, qui aliquorum comparationem percipere nequeunt, ni prius; quid termini ſignificent, explicetur, hoc obſeruare non potuit, quippe qui si in capite de genere communitates ac differentias; quas genus cum reliquis quatuor habet, explicuiſſet, per ignotiora, doctrina facta eſſet, cùm non dum quid per illa quatuor intelligendum ſit manifeſtarit, ac de alijs quidem cõſimiliter. Sed cùm horum quinq; natura in primo fuerit enucleata in ſecundo ad inuicem omnia, per notiora ſemper procedendo, meritò collata fuerunt; Mihi autem uidetur, quòd omnia hæc eodem in tractatu, commodiſſimè quidem Porphyrius abſoluere potuiſſet: nam si Ariſtotelem inſpiciamus syllogiſmos in tribus materijs miſcentem, non inuenimus eum ſimplices primò in tribus materijs de-* Pri. Prio rum ſect. pri.

clarantem, & deinde miſtionem aggredictem, ſed primò ſyllogiſmos in materia de ineſſe conficere docuit, deinde in neceſſaria, & poſt, hos ſimul miſtos inueſtigauit: quo abſoluto, ſimplices contingetes inſtituit, quos retrocedendo poſtea bis permiſcuit, ſcilicet cum his qui in materia de ineſſe, & cum his qui in materia neceſſaria conficit, declarati fuerant. Eundem etiam retroceſſionis ordinem in Poſtprædicamentis obſeruatum uidemus, non enim quatuor oppoſitionum ſpecies prius declarauit, & deinde ad inuicem contulit: ſed primò relatiuorum, deinde contrariorum oppoſitionem patefecit, ac ibidem ad inuicem has comparauit: dein ad oppoſitionem ſecundum habitum & priuationem acceſſit, quam bis retrocedendo comparauit ſcilicet cum relatiuorum, ac contrariorum oppoſitione. Demum contradictionis oppoſitionem eduit eamq; retrocedendo cum tribus præcedentibus contulit, eſto igitur quòd Porphyrius ordinem qui eſt ad anteriora procedens, in quo præcedenti collatione ſequens ſemper uno paucior exiſtit, obſeruare non potuerit, nam per ignom proceſſiſſet: potuit tamen retroceſſionis ordinem ſeruare, in quo ſequens comparatio, præcedentem uno ſemper excedit: declarato ſiquidem genere ac ſpecie, ibidem hæc quoad conuenientias & differentias potuit conferre: quo facto, ad differentiæ explicationem accedere potuiſſet, qua peracta, retrocedendo cum genere primò, cum ſpecie ſecundò comparare quis uetuiſſet? hoc perfecto, proprium adiiſſet, cuius natura explicata, poterat ipſum cũ tribus præcedentibus conferre: demum accidentis natura patefacta, illud ad quatuor præcedentia contuliſſet: poſt quæ (si modò ſuperuacaneum non fuiſſet) colligere poterat, quòd de pluribus prædicari comitatur omnia quinq;. Et ſic unicus fuiſſet

tractatus

tractatus, per ignota non proceſſiſſet, Ariſtoteleusq; ordo eſſet obſeruatus.

Indiuiduum ſubſtātiæ de nullo naturaliter prædicari; Porphyrius à Balduini calumnia defenditur, ac Zimaræ lapſus annotatur. Accidentis uerò indiuiduum de uno ſolo naturaliter prædicari cum Auerroe declaratur. cap. 8.

CVM Duplex ſit indiuiduum, ſubſtantiæ, & accidentis: quæſtio de utriuſq; prædicatione apud Logicos exagitari ſolet. Nos autem breuibus utrāq; perſtringētes dicimus, quòd ſubſtantiæ indiuiduum, si nullibi Ariſtoteles eiuſq; expoſitores de aliquo naturaliter prædicari negaſſent, ratione tamen ſic ſuaderi poſſet. Si per ſe de aliquo naturaliter prædicatur, quæro ſubiectum aut eſt eiuſdem generis cum prædicato, aut diuerſi? si ſecundum dices, naturalis prædicatio non erit, tunc enim indiuidua ſubſtantia de ſubiecto alterius generis, ideſt accidētis prædicabitur, quod naturali prædicatione fieri, primo Poſteriorum negauit Themiſtius, Auerroes, atq; Ariſtoteles. Si uerò primum affirmabis, iterum quæram, de quo naturaliter prædicari contendis, de ſuperiori, aut æquali? ad inferius enim (cùm indiuiduum ſit) confugere nequis. Primum, uelut à Porphyrio reiectum, non dices: ſolum remanet igitur quòd indiuidua ſubſtantia, de indiuidua ſubſtantia, per ſe, naturaliter prædicetur. At hoc fieri nequit, niſi idem prædicetur de ſemet ipſo, quod tamen tum ſecundo Poſteriorum, tum alibi pluries uetuit Auerroes: nec ab re, nam si idem naturaliter prædicaretur de ſemet ipſo reiterationem ad infinitum protrahi, nihil prohiberet. Quod si obyciatur contra, nam in hac

Vide principium. 2. ſecti. prio ſi et Auerr. in cap. de ſpetie: & pri. 1 oſterio. 143.

Cap. 38. 143. 143 147.

In cap. de ſpecie.

22 Pri. Prio. 4. Met. 1 10. Met. 8.

Socrates eſt hoc animal, indiuiduum ſubſtantiæ de indiuidua ſubſtantia, ſibi coæqua, prædicatur, abſq; hoc, quòd ſit formalis prædicatio eiuſdem de eodem, cùm prædicatum ſubiecto notius eſſe poſſit: ignoranti ſiquidem Socratem, dicere poſſumus, Socrates eſt hoc animal. Reſpondeatur negando, quòd prædicatum indiuidua ſubſtantia ſit, animal enim uniuerſalis ſubſtantia per dictionem, hoc, fit indiuidua, quæ non ſubſtantiam, ſed quæ ſensui ſubiacent accidentia demonſtrat. per quem etiam reſpondendi modum, quæcunq; dubitatio diluatur, quæ ex ſingulariũ ſubſtantiarum notificationibus, cum illis conuertibilibus, fieri poteſt. Cùm igitur nec de æquali, nec ſuperiori, nec inferiori ſubſtantia, huiuſmodi indiuiduum naturaliter prædicetur, nec omnino de ſubſtantia, ſecundum hanc prædicationem, enunciabitur: quòd ſi nec de ſubſtantia, nec de accidente (ut eſt probatum) indiuiduum ſubſtautiæ naturaliter prædicatur, de nullo itaq; naturali prædicatione, illud dici aſſerere cogimur. Eſto enim ꝗ in Antepædicamentis Ariſtoteles dicat, ſingularium ſubſtantiarum nullam nec dici, nec eſſe in ſubiecto, duæq; negationes affirmare ſoleant: tamen quia apud Græcos (Attico more) frequẽtiſſimè altera negatio ſuperfluit (quod alicubi etiam magnus notauit Albertus) hinc eſt, quòd ne dum eo in loco, ſed ſæpe ſæpius apud Ariſtotelem huiuſmodi negationes, nõ affirmationis, ſed negationis, robur obtinere conſpiciuntur. Porphyrianæ uerò autoritati, communis reſponſio ſatisfacit. quòd ſcilicet Socratem de uno ſolo, innaturaliter tamen prædicari conceſſit. Sed contra reſponſionem obſtrepit quidam, ſi Porphyrius, indiuidui prædicationem, uelut innaturalem, incluſit, ſimiliter etiam & inferiorum de ſuperioribus prædicationem, uelut innaturalem, inclu-

Reſponſio

Colligit rationem.

Cap. 2.

Pri. Poſterio. trac. 2 cap. 5.

Exponẽs cap. de ſpecie.

dere debebat: Sed hanc excluſit, ergo nec indiuidui prædicatio nem, uelut innaturalem, incluſit: erraſſe igitur Porphyrium concludit. Nos autem Porphyrium tuentes reſpondemus, quòd hæc conſequentia eſt interimenda: incluſit prædicationem indiuidui uelut innaturalem, ergo & inferiorum de ſuperioribus prædicationem includere debebat, hanc enim non uelut innaturalem, ſed ſicut falſam excluſit. Ex quibus Zimaram erraſſe opinamur aſſerentes, prædicationem inferiorum de ſuperioribus repuliſſe Porphyrium, non ſolùm quia falſa, ſed etiam quia innaturalis: tunc enim apud ipſum, indiuidui ſubſtantiæ prædicatio, pari ratione, fuiſſet explodenda: concedit enim ipſe, hanc, uelut innaturalem, à Porphyrio receptam. An uerò cum his, indiuiduum ſubſtantiæ, ut Socrates, de multis naturaliter prædicari, etiam ſuſtineri poſſit, ut nos quandoq; diſputandi gratia ſuſtinuimus, in negatiua tamen propoſitione hoc intelligentes, aliorum indagini derelinquimus. In Theorem. 34.

At accidentis indiuiduū, de uno naturaliter prædicari, unà cum Auerroe ſuſtinemus: dum enim hoc de ſubſtantiæ indiuiduo prædicatur (cùm ſubſtantiæ naturaliter inſit accidens) nulli dubium, quòd erit naturalis prædicatio. Sed dubium facit circa hoc, Ariſtotelis, in Antepredicamentis, autoritas dicentis; accidentium ſingularia de nullo dici ſubiecto: quæritur enim de qua prædicatione ibi loquatur Ariſtoteles? ſi de naturali dices, errauit igitur Auerroes, oppoſitum affirmans: ſi autem aſſeres, de naturali Ariſtotelem locutum, non tamē omni, ſed de ea quæ ingreditur artem: contra, nam tunc ſimiliter ſpecierum prædicationem, ibi excludere debebat, cùm ſpecies artificialia prædicata eſſe nequeant: nam ſi artificialia prædicata eſſe poſſent, in-

In cap. de ſpecie.

Pri. Poſte rio 137. 142.148. in epi log. cap de De monſtr.

ter topica ab Ariſtotele fuiſſent connumeratæ. Vt autẽ ad hoc
Primum notandũ. reſponſio clarè percipiatur, duo ſunt annotanda. Primum eſt, quòd de ſpeciei prædicatione duplex eſt opinio. una aſſerentiũ ſpeciem nullo pacto eſſe prædicatum artificiale: quã falſam eſſe ſenſu eſt manifeſtum, oblato ſiquidem febricitante pluribus medicis, primum quæſitum, quod inquiritur ab eis, eſt ſpeciei de indiuiduo, utputa utrum illa febris ſit talis, uel non. Altera uerò noſtra eſt, quòd & ſi ſpecies de indiuiduo artificialiter nõ prædicetur in hoc ſenſu, quia tale prædicatum non ingreditur propoſitiones & regulas uniuerſales, ex quibus conſtituitur contemplatio artis, eſt nihilominus artificiale prædicatum, quatenus ad rectum artis uſum applicationemq; conducit. Secundum uerò

Secundũ notan. notandum eſt, quòd quærentibus ſpecies inter topica prædicata non connumeretur, trifariam reſponderi poſſet. Primo re-

Pri. mod. reſpõdendi. ſponderent ſuſtinentes primam opinionem, quòd cùm ſpecies nullo pacto artificiale prædicatum ſit, meritò ibi non eſt dinumerata.

2. modus reſpond. Secundò aſſerentes ſpeciem eſſe prædicatum artificiale ſecundo modo tantùm, dicere poſſent, ibi ab Ariſtotele non connumeratum, quia non loquitur de quolibet prædicato artificiali, ſed primo modo tantum. Cuius opinionis uidetur expreſſe quòd fuerit Auerroes, nam cùm ſpeciem ſecundo modo artificiale prædicatum eſſe concedat, negat tamen eam in
„ libro Topicorum connumerari, dum inquit. Quia uerò ſpe-
„ cies non prædicatur niſi de ſingulari, & in enunciatione, cu-
„ ius ſubiectum eſt ſingulare, qua non utuntur in hac arte, ideo
„ non numeratur hic prædicatum. Ad quem reſpondendi mo-
„ dum Alexander acceſſiſſe uidetur, cùm ſcriptum reliquit.
Species autem non eſt ordinata cum his, quia quæſtio de ge-

neribus & differentijs ſit de illis ſubiectis; quorum ſunt eti- "
am definitiones: nam genere & differentijs ſiunt definitio- "
nes, & huiuſmodi ſunt ſpecies: igitur oportet ſubiecta eſſe "
talia. Quod ſiquis prædicabit ſpeciem, is capiet ſubiectum in- "
diuiduum, cuius neq; differentia eſt, neq; definitio. Nos uerò 3. mod. reſpond.
conſiderantes primum Topicæ facultatis propoſitum eſſe adiu- Vide pri.
uare ne dum logicam & ſpeculatiuam, ſed etiam practicam Top. cap
facultatem, animaduertentesq; ſpeciei prædicatum ad factiua- 9.
rum moraliumq; facultatum uſum & applicationem magnum
emolumentum afferre, ad hoc ut Ariſtoteleæ doctrinæ utili-
tas ſit uniuerſalior, ne dum ſcilicet ad artis contemplationem,
ſed ad eius etiam uſum se extendens, conuenientius arbitra-
mur aſſerere, quòd ſpecies à Topici uoluminis conſidera-
tione non fuerit excluſa: eſto enim quòd Ariſtoteles eam non Hoc'a no
explicuerit, ſub aliquo tamen aliorum illam coordinauit: quod bis eſt de
noſtrum figmentum non eſſe (uelit nolitùe Auerroes) aliàs claratum in queſi
ſi Deus prolongauerit uitam, ex ipſius uerbis oſtendemus. to de ſin

HIS Sic annotatis dicimus, quòd obiectio iuxta no- gelari in reſponſio
ſtram reſponſionem locum non habet: poſſumus enim aſſere- ne ad. 1 1.
re, in Antepraedicamentis non de quacunq; naturali, ſed de Reſpond. ſecundũ.
ea tantum, quæ etiam eſt artificialis Ariſtotelem loquutum: 3. modũ.
ideoq; ſingularis accidentis, prædicationem uelut inartificia-
lem excluſiſſe, ſpeciei uerò ibi uelut artificiale prædica-
tum incluſiſſe: in Topicis autem cum genere coordinaſſe. Reſpon-
Qui uerò mediam reſponſionem ſequuntur eodem pacto dice- detur ſe-
re poſſent; quòd Ariſtoteles meritò particularis accidentis cundum.
prædicationem excluſit, ſpeciei uerò incluſit, cùm ibi de 2.

naturali quæ etiam eſt artificialis ſermonem facia. Cùm uerò obijcitur contra, nam tunc ſpecies inter Topica prædicata connumerata fuiſſet, ſequelam negarent, quippe cum dicerent, quòd in libro Topicorum, non de quocunq; prædicato artificiali, ut in Antepredicamentis, ſed preſſius, de artificiali tantum primo modo, ſermonem facit Ariſtoteles, quo modo ſpecies artificiale prædicatum dici nequit. At qui primò reſpondendi modo innitũtur, dicere poſſent, non de qualibet naturali prædicatione Ariſtotelem locutum, quia tunc, particularis accidentis prædicatio compræenſa fuiſſet: nec de naturali, quæ etiam eſt artificialis, quia tunc (per eorum dictum) ſpecies fuiſſet excluſa? ſed de ea dicerent Ariſtotelem uerba feciſſe, quæ cùm hoc, quòd eſt naturalis, eſt terminorum artificialium, ſiue termini illi ut prædicata, ſiue ut ſubiecta ab arte conſiderentur: cuius quidem modi cum ſpecies ſit, (ſi quidem & ſi non ut prædicatum, ut ſubiectum ſaltim, ab arte conſideratur) non autem accidentis indiuiduum (cùm neutro modo comprehẽdatur ab arte) meritò illam de aliquo prædicari, hoc uero non, ab Ariſtotele ſcriptum affirmarent His tamen tribus reſpondendi modis non obſtantibus, reſolutius pro omnibus reſponderi poſſe. uidetur, quòd cùm ex Græcorum expoſitorum ſententia, Ariſtotelis, eo in loco, intentio ſit, diuidere ſubſtantiam & Accidens, in uniuerſale & ſingulare, per nomina, Dici de ſubiecto, & non Dici de ſubiecto: per Dici de ſubiecto, ſubſtantias & accidentia, omnia intellexit, quæ de aliquo, per modum uniuerſalis prædicantur, ſiue talia artificialia prædicata ſint, ſiue non: cunq; ſpecies ſiue ſit prædicatum artificiale, ſiue non, de inferioribus, per modum uniuerſalis prædicetur, meritò ab Ariſtotele fuit cõtempta ſub di-

Reſpõ. ſecundum primum.

Reſpon. ſecundũ oẽs tres modos.

ci de ſubiecto. Per non dici uerò de ſubiecto, itellexit, omnes ſubſtantias & accidentia, quæ non dicuntur de aliquo, per modum uniuerſalis; uelut ſunt omnia ſingularia: eſto enim quòd accidẽtis ſingularia, & naturaliter quidem, enuncientur, quia tamen non dicuntur de illo per modum uniuerſalis, quod intenditur ab Ariſtotele; meritò ea nõ dici de ſubiecto, princeps Peripateticorum aſſeruit: quod ne dum eò in loco, ſed etiam in primo Poſter: Auerroes innuere uiſus eſt. 4

Vltimas rerum differentias, cum ſpecialiſſimis haudquaq; conuerti ſuſtinentes, uulgatam Ariſtot: autoritatem, in 7. Diuinorum, aufugere poſſe: Eas tamen cum ſpecialiſſimis reciprocari, ex ſummorũ peripateticorum uerbis, oſtenditur. Nec tamen ob hoc, prædicabilium numerum quaternarium, uel ſenarium eſſe.

Capi 9.

SICVT Vltimas rerum differentias dari, ne in his proceſſus fiat in infinitum, nemo negat: ſic has, cum ſpecialiſſimis ſpeciebus, haudquaq; conuerti, quidam probabiliter ſuſtinere conantur. Pro his uidetur eſſe euidentiſſima ratio è ſecũda differentiæ definitione deſumpta, nam, si opinio hæc uera nõ eſſet, prædicta definitio haud eſſet tuta, quia non competeret omni. prima ratio.

Accedit ad hæc, quod Ariſt. in Topicis, differentiam, uelut generalem, cum genere coordinauit. Hocq; non ſolum ideò factum eſſe, Alexander affirmat, quia differentia, eius de quo prædicatur, uelut & ipſum genus, ſubſtantiam complet, ſed etiam, quia de pluribus ſpecie differẽtibus prædicatur, ueluti genus. 2. ratio. Pri. Topi. cap. 4.

3. ratio. Hanc etiam eandem opinionem, in Analyticis, clariſſimè com-
2. Poſter. 70. probare uiſus eſt Ariſtot. cùm quamlibet definitionis partem, re
Obiectio prima. 43. definita, uniuerſaliorem eſſe, dixit. Sed contra unanimiter obyci
unt Ariſtotelem in. 7 Diuinorum aſſerentem, quòd in diuiſioni
bus per eſſentialia ſemper procedi debet, donec ad indifferentia
deueniatur, tum autem tot pedis ſpecies erunt, quot differentiæ.
Et pedes habentia animalia, æqualia differentiis, si igitur hæc
ita ſe habent, manifeſtum eſt, quòd ultima differentia, rei ſubſtã
tia erit, & definitio: quibus in uerbis, clariſſimè exprimere ui-
detur, quòd ultimæ rerum differentiæ cum ſpeciebus ſint con-
uertibiles, ſecus. n. illis non eſſent æquales, neq; illarum eſſent
Obiectio 2. ſubſtantiæ atq; definitiones. Rurſus, Ariſtoteles (inquit) de
finitiones ne dum ex pluribus, ſed etiam ex duobus tantum fie
ri poſſe conceſſit, ex genere ſcilicet & differentia ſola, modo
hoc non eſſet poſſibile factu, ni cùm re definita, differentia con-
uerteretur. Cùm. n. per ſe differentia ſpecie uniuerſalior ſit, ex
utráq; genus non reperiatur, illud ad ſpeciei limites, coarctare nõ
poterit. Ego autem admirari deſinere non poſſum, quomodo tam
Excellentes, & in re literaria anteſignani uiri hæc aduerſus
Reſponſ. ad primã. præfatam opinionem concludere putent. Reſpondebunt ſi quidẽ
illi ad primam (ſicut in ueritate quidam reſpondent) Ariſto-
telem ibi dixiſſe ultimas differentias non ſimplices, ſed, ut cum
præcedentibus differentijs coniunguntur, tot eſſe, quot ſpecia-
liſſimas ſpecies: earumq; definitiones eſſe, atq; ſubſtantias: nec
hoc figmẽtum eſſe putetur, cùm ſit expreſſa gloſſa ipſius Auer
rois dicentis idest. ſed oportet ponere diuiſionem eſſentialem &
primam generis diuiſionem ſcilicet, qua prima diuidatur genus
in ſuam differentiam & ſuam oppoſitam deinde illam differen

tiam in

tiam in ſuam primam differentiam, & aliquantulum poſt, & ſic fiat ſemper, donec perueniatur ad illud congregaretur ex differentijs, æquale definito. Ad ſecundam, concedent definitionem aliquam, aliquando ex duobus ſolum, ex genere ſcilicet, atq; differentia, conflari poſſe: negabunt tamen, ob hoc differentiam illam cum ſpecie conuerti debere: Vt ſi definiatur homo, per animal rationale, per animal ſiquidem à quolibet, quod ſub aiali non eſt ſeparatur, & ex conſequenti ab angelis, qui animalia non ſunt: cùm corporei, ſenſibileſq; minimè ſint: per rationale uerò à quolibet quod ſub aialicōprehēditur, mō rationale; etiamcùm angelis competat, cum homine non conuertetur. Reſponſ. ad ſecūdum.

Quòd ſi aptius exemplum inquires, proponam: greſſibile bipes hominem definiunt: & neutrum tamen cum homine conuertitur, non greſſibile: quia genus, nec etiam bipes, cùm nō ſolum greſſibilis, ſed etiam uolatilis differentia ſit. Sed replicabis contra, nam tunc eadem differentia, cùm extra genus reperiatur, duorum generum differentia erit, ut rationale animalis atq; ſubſtātiæ incorporeæ: & bipes uolatilis, atq; greſſibilis, quod inconueniens eſſe. 6. Topicorum docet Ariſtoteles. Ad hoc, nedum Leui Gerſon, Herminus, atq; Dexippus in Cathegorijs, ſed etiam ipſe Ariſtoteles ex intento reſpondet inquiens; inconueniens eſſe eorum, quæ ſub unum aliquod non reducuntur, eaſdem eſſe differentias, ut animalis, & ſcientiæ, eorum uerò, quæ ſub aliquo ſuperiori continentur, eaſdem eſſe poſſe nil prohibere: ut in exemplis datis; rationale animalis, & incorporeæ ſcientiæ (quorū utrumq; ſub ſubſtantia continetur) differentia exiſtit, & bipes greſſibilis & uolatilis; quæ ab ani-

Replica. Loca. 4 a. Reſponſ.

mali comprehenduntur. Sed iterum replicabis, ſi hæc euaſio uera, genere ablato, differentia ſimul non auferetur, cuius oppoſitum à Porphyrium ſcriptum eſſe uidemus. Rurſus tunc diuerſorum generum et non ſubalternum poſitorum, eædem erunt differentiæ: quod peripatetico dogmati repugnare, nemo eſt qui neſciat.

Replica prima. Replica ſecunda.

Reſponſ. ad primã.

Reſpondebunt profectò ad primam diſcrimen à Porphyrio poſitum, inter genus & differentiam, eſſe hoc: genus eſt differentia prius, quia eo ablato differentia aufertur, & ſi non omnis, ea nihilominus, quæ hac ratione ſub genere eſt, quod genus ipſum non excedit: differentia uerò diuiſiua ſublata, etiam quòd extra genus reperiatur, genus nõ interimet.

Reſponſ. prima ad ſecundã.

Ad ſecundam Dexippus reſpondere conatur dicens, quòd per diuerſa genera Ariſtoteles intellexit, quæ omnino ſub unum aliquod commune genus non reducuntur, ut ſubſtantia, qualitas, animal ſcientia, genera igitur prædicta, in quibus eadem differentia inuenitur, (Et ſi ſubalternatim poſita non ſint) cùm ab uno genere comprehendantur, diuerſa non erunt, ideoq; ab Ariſtotelis regula minimè comprehenſa.

Confutatio.

Verùm Reſponſio hæc ſuſpecta eſſe uidetur: nam tunc particula illa (& non ſubalternatim poſitorum) nullius uſus erit: nulla etenim genera, hoc modo diuerſa, ſubalternatim poſita ſunt.

Reſponſ. ſecunda.

Leui autem Gerſon hac dubitatione motus, in his Ariſtoteleis uerbis ueritatem non contineri arbitratur, ideoq; uerètur, ne interpretes Ariſtotelis ſententiam peruerterint, uera autem eſſet (ut ait) ſi ſic Ariſtotelis uerba ſe haberent: diuerſorum generum, & non ſub uno aliquo contentorum, diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ.

Confutatio.

Verum cum omnes antiquiores peripatetici, ut Simplicius, Ammonius, Herminus, Porphyrius, atq; Dexippus, uulgatam (uelut Ariſtoteleam)

lectionem agnoſcant, non uideo qua bona fronte, eam corruptã eſſe dicere poſſimus. Alia uerò, ad eundem ſenſum, Ariſtotelis uerba trahere conantur, uerùm, non audentes forſan dicere, uerba eſſe corrupta, inquiunt, Ariſtotelem uerbo (& non ſubalternatim poſitorum.) eſſe abuſum, quippecum per uerbum illud, ne dum excludit genera adinuicem ſubordinata, ſed etiam quæ ſubalternatim poſita non ſunt, dummodo ab uno aliquo comprehendantur, & tunc ſenſus eſt: diuerſorum generum, & non ſubalternatorũ ideſt ſub uno aliquo poſitorũ. At ſi ad obiectionẽ, claram reſponſionem afferemus, intelligendo per uerbum illud (& non ſubalternatim poſitorum) iuxta proprium ſenſum excluſionem tantum generum adinuicem nõ ſubalternatorum, ut Auerroem, Simplicium, Ammonium, Hermunum, Porphyriũ, atq; Dexippum intellexiſſe uidemus, cui dubium, quòd prædicta reſponſio erit derelinquenda? Vt igitur clara reſponſio habeatur annotandum, quòd diuerſa genera, & adinuicem non ſubordinata, tribus modis eſſe poſſunt, ſuprema ſcilicet, ut ſubſtantia, qualitas: ſub ſupremis poſita, ut animal ſcientia: & ſub uno ſuperiori contenta, haud tamen adinuicem ſubordinata; ut greſſibile & uolatile. Horum omnium differentias diuerſas eſſe uidemus, non tamen eodem modo: nam diuerſorum primo, uel ſecundo modo differentias non ſolum ſpecie, ſed etiam genere diuerſas eſſe conſpicimus. Diuerſorum uerò tertio modo differentias, ſpecie quidem diuerſas, genere autem eaſdem eſſe, apparet: bipes.n. & quatrupes quæ uolatile diuidunt, cum bipede & quadrupede, quæ greſſibile ſecant, differunt ſecundum ſpeciem, ſecundum genus, tamen eadem ſunt

Reſponſ. tertia.

Confutatio.

Vera reſponſio.

tamen eadem ſint. Hoc annotato dicimus, haud eſſe inconue- niens (ut in Topicis dictum eſt) diuerſorum generum, ſub uno tamen poſitorum, eaſdem differentias eſſe, eaſdem dico, genere, ut iam eſt declaratum. Cùm uerò obijcitur Ariſtotelem aſſerentem, non ſubalternatim poſitorum, diuerſas eſſe differentias:

Lib. 1. loco 41.

Dicimus, hoc ipſum abſolutè non dixiſſe, ſed affirmaſſe, quòd generũ primo ſecũdo uel tertio mõ diuerſorũ, differẽtiæ ſunt ſpecie diuerſæ, quod nobis non repugnat aſſerentibus differentias diuerſorum primo et ſecũdo modo eſſe ſpecie diuerſas, quia etiã genere: diuerſorum uerò tertio modo etiam differentias eſſe ſpecie diuerſas, ut uult Ariſtoteles, licet genere ponamus eaſdem: Et hanc Hermini reſpõſionem fuiſſe firmiter credo: licet Simplicius eam interturbet, Ex quibus, eorum, qui treis præcedentes reſponſiones aſſignabunt, error apparet, ad illas ſiquidem deueniebunt, quia arbitrabantur differentias generum tertio modo diuerſorum, ne dum genere, ſed etiam ſpecie non eſſe diuerſas, Ideoq; contra Ariſtoteleã regulam apparentiam quandam habere: at hoc eſt falſum, cùm, & ſi non genere, ſint nihilominus ſpecie diuerſæ, quod ſolum eſt ſufficiens ad ſaluandũ, id, quod Ariſtotelis regula canit. Liquet igitur ex dictis, quomodo negantes, ultimas differentias cum ſpecialiſſimis conuerti, prædicam Ariſtotelis autoritatẽ aufugere poſſunt. His tamen non obſtantibus, eas cum ſpecialiſſimis reciprocari, & omnium ferè ſummorum peripateticorum ſententia oſtendi poteſt: Nam (ut ſubtilẽ Doctorem, Romanũ AEgidiũ, Thomã, Magnũ Albertũ, alioſq; haud infimæ claſſis uiros, omittã) Seuerinus Boethius, in Cathegoriis, huiuſmodi differentias maniſeſtiſſimè con

Confutatio triũ reſponſionum præcedentiũ.

Cap. diuerſorũ generum.

ceſſiſſe, quod etiam à leui Gerſonide, in prædicabilibus, factum Lib. 1. 26.
eſſe uidemus. Auerroes etiam in Secundis Analyticis, eas adeo
manifaſtiſſimè confitetur, quòd aduerſariis, ſubterfugiendi nul
lus derelinquitur locus. Quòd ſi ad Græcos expoſitores acceda-
mus, eandem opinionem, ab eis approbatam inueniemus: Nedũ
etenim Euſtrat. dum ſecũdos (Analyticos explanat) ſed etiã co ñ. 85.
Philoponũ, dum Priores patefacit, eas poſuiſſe uidemus: Ma- indefi. propoſitio
gnus etiam Simplicius, in Prædicationibus, etiam ex Diui Iam nis.
blici, Phœniciſq; Porphyrij ſententia has inueniri, ſcriptum re Cap. Diuerſorũ.
liquit, quod profectò Porphyrius, nedum innuere uiſus eſt, dum
dixit, differentias (non ſemper, ſed) ſæpe de pluribus differẽ
tibus ſpecie prædicari. Sed etiam in interrogationibus, peculia- In cõmunitatibus.
ri capite, hoc ex intento teſtatus eſt. Obiectiones uerò, in oppo-
ſitum adductas, diſſoluere nõ eſt opus: Nedum etenim à Lati
nis expoſitoribus (ad nauſeam uſq;) ſunt euentilatæ: Sed eti-
am, ex his, quæ Simplicius, Philoponus, atq; Porphyrius ſcripta Vbi ſup.
reliquerunt, eas ſoluendi anſam, quiuis accipere poteſt. Sed
dubitabit quis, & ſubtiliter quidem, dicens, ſi huiuſmodi differẽ Dubitatio pulcra
tiæ cum ſpecialiſſimis conuertibiles darentur, maximum ſeque-
retur abſurdum; quòd ſcilicet aut ſex, aut quatuor eſſent prædi
cabilia. Deducitur conſequentia, ſicut diſtat genus à ſpecie, ſic
differentia generica, à ſpecifica: ſed illa ſunt duo prædicabilia
diſtincta, ergò & hæc, & ſic ſex: quòd ſi hæc non ſunt di-
ſtincta nec etiam & illa, & ſic quatuor: nam ſi eodem pacto illa
diſtinguuntur, & hæc, nulla ratio poterit reddi cur illa duo præ
dicabilia ſint, hæc uerò non. Aſſumptum probatur: nam ſicut
ſpeciei, & generis definitionibus acceptis, inuenimus ea ſolum
differre; quia genus prædicatur de pluribus differentibus ſpe-

cie, ſpecies uerò de pluribus differentibus numero: ſic si generi cæ, & ſpecificæ differentiæ definitiones inſpiciamus, comperi mus has, hoc eodem modo differre, quòd ſcilicet generica prædi catur de pluribus differentibus ſpecie, ſpecifica autem de plu ribus differentibus numero. Ad hoc reſpondetur, negando con ſequentiam: ad probationem, negatur aſſumptum. Cùm uerò di citur, quòd ſicut genus differt à ſpecie, quia prædicatur de pluri bus differentibus ſpecie, & ſpecies de pluribus differentibus numero, ſic etiam differt generica à ſpecifica. reſpondeo, quòd maius eſt diſcrimen inter, genus prædicari de pluribus differē tibus ſpecie, & ſpeciem de pluribus differentibus numero, quā ſit inter genericam prædicari de pluribus differentibus ſpecie; & ſpecificam de pluribus differentibus numero: quod quidem diſcrimen eſt in cauſſa, ut illa duo ſint prædicabilia, hæc uerò non. si autem quæres, quod eſt illud diſcrimen? Reſpōdeo, quòd genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, per modum partis, ſpecies autem de pluribus differentibus numero, per mo dum totius, genus enim ſolùm formam, ſpecies uerò totam eſſen tiam denotat: includit ſiquidem genus & differentiam, quæ to tam rei eſſentiam complent: at differentia generica prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, per modum formæ, quo etiam modo, prædicatur de pluribus differentibus numero differentia ſpecifica. Rurſus, genus de pluribus differentibus ſpecie, & ex cōſequēti, de uniuerſali ſubiecto naturali prædicatione præ dicatur: ſpecies autem, hac ratione, de pluribus differentibus nu mero prædicatur, quòd de nullo uniuerſali ſubiecto naturaliter prædicari poteſt: differentia uerò generica, cùm de pluribus dif ferentibus ſpecie prædicetur, de uniuerſali ſubiecto naturaliter

Reſponſio. Primum. Secundū.

prædicatur,quod,à ſpecifica,ſicut à ſpecie minimè eſt remouē dum:cùm hoc etenim,quòd de pluribus differentibus numero prædicatur,de uniuerſali ſubiecto,ut puta de ſpecie ſecum conuertibili,naturali prædicatione prædicatur.

Orbicularem Demonſtrationem,nedum,inter duas demonſtrationes à priori poſſibilem eſſe:ſed etiam talem progreſſum ſimpliciter demonſtrationem ingredi poſſe aduerſus Neotericorum dogmata defenditur.Cap.ultimum.

ORBICVLAREM *Demonſtrationem,inter duas demonſtrationes à priori impoſſibilem eſſe, quidam arbitrantur aſſerentes,modum hunc non eſſe poſſibilem,quoniam demon* ”
ſtratio propter quid,ſolùm notificat,propter quid cauſſam rerū, ”
& ad ſciendum ſufficit una demonſtratio propter quid, & ſic ”
altera ſuperfluit.Cōfirmo,nam tunc,ea inconuenientia ſequen ”
tur,quæ aduerſus antiquos primo Poſter:deduxit Ariſtoteles: 2.ratio.
quòd ſcilicet idem reſpectu eiuſdem,erit prius ac poſterius, notius & ignotius,quippecum in prima proceditur à cauſſa notiori ad effectum ignotiorem,In ſecunda uerò retroceditur ab eodem effectu,ut à cauſſa notiori,ſuper id quod in prima erat cauſa.
Ego autem eam nedum poſſibilem, quinimo ab Ariſtotele ex‐ Opinio
plicatam eſſe iudico:poſſibilem quidem:nam cùm cauſſæ ſibi in‐ noſtra.
uicem ſint cauſæ,inter eas,demōſtrationes à priori fieri poſſe,
nil prohibebit:Exempli gratia,deambulatio, cùm ſit efficiens 3
ſanitatis cauſſa,ab eadem in genere cauſæ finalis dependet: ut 2.Phyſicorum declarat Ariſtoteles,poſſum itaq; deambulationem,per medium ſanitatem,cauſam finalem demonſtrare, &

ſanitatem item per medium, deambulationem cauſſam efficientē: Poſuit uerò eam Ariſtoteles ex iuncto.in.2. Poſteriorum, dum

51.52. Ad primā — de cauſſarum generibus pertractat. Alteram aūt demonſtrationem ſuperfluā aſſerere (ut ipſi baubabantur) omninò falſum eſſe arbitramur, cùm nec ad idem, nec in eodem cauſſarum genere fiat.

Ad ſecundam — Nec noſtra confirmatio cogit, concedimus nempe, idem, reſpectu eiuſdem, prius eſſe, ac poſterius, notius, & ignotius, difformiter tamen, ideſt, in diuerſis cauſſarū generibus: quod enim abſurdum, ſi ſanitas eſt prior, & notior deambulatione in genere cauſſæ finalis, deambulatio uerò in genere cauſſæ efficientis? Benè autem hoc contra antiquos procedit, uniformem orbicularem demonſtrationem aſſeuerantes. Sed hic eſſet locus profundæ perſcrutationis: nam cùm duæ cauſſæ quadrifariam immaginari poſſint, aut ſcilicet ambæ notæ aut ambæ ignotæ, aut prima ignota altera exiſtente nota, aut econuerſo, ambigeres quis ad hoc, ut ſaluetur orbicularis huiuſmodi progreſſus, quomodo eſſe debent: quippecum appareat ſecundum omnes quatuor modos hoc eſſe poſſibile.

Dubitationes has ſiquis attentè non leget, haud facile percipiet.

Nam ſi erunt primo modo, utraq; demonſtratio propter quid eſſe uidetur, per accidens tamen à ſimpliciter diſtans. Si uero 2. modo, fieri nequit, ni prima per aliquem effectum, uel per priorem cauſſam (in alia ſaltem ſcientia) fuerit inuenta, & tunc prima ſimpliciter, ſecundi tamen gradus, ſecunda uerò propriè demonſtratio erit propter quid: At ſi tertio modo erunt, nec etiam poſſibile erit, ni prima, uelut præcedens fuerit inuenta, & tunc prima, propter quid erit, per accidens tamen à ſimpliciter ſecundi gradus differēs: ſecunda uerò etiam propter quid, à primi tamen gradus ſimpliciter, etiam ſecundum accidens diſcrepans. Quòd ſi quarto mo

do, tunc

do tunc ſicut prima uera ſimpliciter erit: ſic ſecunda uera propter quid, ut apparet. Amplius haud paruæ indaginis locus eſſet, ſi inquireretur: nunquid ſi eſt notum differens eſt, à ſi eſt per demonſtrationem inuentum. & acquiſitum à poſteriori, ab eo, quod inuentum eſt à priori: ac iterum quod per unum cauſſæ genus eſt inuentum, ab eo quod per aliud, ſicut etiam & ipſum propter quid. Nam ſi non, forſan ea, quæ determinata ſunt, benè ſe habent: ſi ſic, magna confuſio ſequi uidetur. Vtraq;.n. demonſtratio, cuiuſcunq; ſectionis, duo ſimul quæſita patefacere uidebitur: Nedum etenim prima ſecundæ, atq; quartæ, (cùm ad quæſitum utroq; modo ignotum, nec dum notificatum dirigatur) duo quæſita oſtendet: ſed etiam utraq; primæ, prima tertiæ, & ſecunda quartæ ob primum, ac iterum ſecunda ſecundæ, ac tertiæ ſecunda, ob ſecundum, uel tertium, totidem quæſita oſtendunt. Neque Auerrois dictum eſſet formidandum, cùm ait, quòd demonſtrationi ſimpliciter, reciprocatio occurrere nequit ſiue ſecum, ſiue cùm alia ſpecie demonſtrationis: cauſſarum ſiquidem difformitas, quæ huius noſtræ conſiderationis baſis exiſtit, nedum huic, ſed alys etiam multis obiectionibus euidentiſſimè ſatisfacit. Verùm de his (cùm indagandæ ueritatis anſa am ſit patefacta) ĩ præſentiarum nihil determinare decreuimus: ſed horum exactam inquiſitionẽ Reuerendo Abbati Ioanni Vincentio Rogerio, Dominoq; Metello Grillo Almi Salernitani Collegij Doctoribus Excellentiſſimis, patrijq; Gymnaſij lectoribus perſpicaciſſimis dereliquimus. Et ſic ad laudem Altiſſimi abſoluitur hæc logicalium capitum Decas prima.

ΤΕΛΟΣ.

Particularem priuatiuam ſecum reciprocari, aduerſus Ariſto- lem oſtenditur.

Platonem in Parmenide, Logicen Philoſophiæ partem minimè negaſſe, ut Amonius, & Grammaticus falsò arbitrantur.

Analyticos ab Ariſtotele ſic inſcriptos oſtẽditur, Galeniq; uerba, quæ oppoſitum innuere uidentur, enucleantur.

Ariſtotelem à Platone in pluribus minimè diſſidere quomodo obſeruandum. Relatiuorum definitionem ab Ariſtotele reiectam falsò Platoni adſcribi, Seuerinum Boethium, atq; Porphyrium, hunc in errorem haudquaq; eſſe lapſos.

Sub perfecta oratione nedum enunciationem, uerùm & alias quaſdam orationis ſpecies contineri, cum Boethio aduerſus Sueſſanum defenditur.

Angelicum Doctorem, ac Romanum AEgidium in Quæſito de ſubiecto Logices immeritò à Balduino carpi.

Porphyrium, unico tractatu, Prædicabilium naturam, communitates, ac differentias, explicare potuiſſe, aduerſus quoſdam Neotericos, perpulcherq; Ariſtoteleus procedendi modus obſeruatur.

Indiuiduum ſubſtantiæ de nullo naturaliter prædicari, Porphyrius à Balduini calumnia defenditur, ac Zimaræ lapſus annotatur. Accidentis uerò indiuiduum de uno ſolo naturaliter prædicari cum Auerroe declaratur.

Vltimas rerum differentias, cum ſpecialiſſimis haudquaq; conuerti ſuſtinentes, uulgatam Ariſtot: autoritatem, in. 7. Diuinorum, auſugere poſſe: Eas tamen cum ſpecialiſſimis reci-

procari, ex ſummorum peripateticorum uerbis oſtenditur.
Nec tamen ob hoc, prædicabilium numerum quaternarium, uel ſenarium eſſe.

Orbicularem Demonſtrationem, nedum inter duas demonſtrationes à priori poſſibilem eſſe: ſed etiam talem progreſſum ſimpliciter demonſtrationem ingredi poſſe aduerſus Neotericorum dogmata defenditur.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

18
139

DOMINICVS PIZIMENTIVS.

Solum colliſa ne credas nube furentem
Vibrare in terras tela triſulca Iouem,
Aſpice quàm ualide iaculetur fulmina, quæq;
Intonet Hydrunti gloria magna ſcphos
Nemo igitur contra ſumptis ſpem ponat in armis:
Cœperit hæc ſiquis arma, repentẽ cadet.

In nõie dñi nri Iesu X